Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Illuſtriſsimo Domino

D. AXELIO OXENSTIERNA,

L. B. in Kimito, Domino in Fyholm, Tydoën, &c. Equiti Aurato, Regni Sueciæ Magno Cancellario, & cum ſumma poteſtate ad Exercitus Legato &c.

EX quo, Illuſtriſſime Domine, bonarum litterarum ſtudiis fui admotus, ſubiit animum meum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

admiratio ingenii humani. Hoc in ingrato ſuo hoſpitio ita ſeſe exſerit, ut in quovis non poſſit non divinitatis opinionē excitare. Non uno tamen nec æque felici modo hoc procedit. Priſci Philoſophi admirabilem exercendi ingenii rationem ſectabantur, nimirum, per involucra fabularum docebant. Miſeriam Cyrenici, & contemptum rerum humanarum profitebantur. Sic illorū princeps,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

ceps, vaſtus & immanis Diogenes, dolio trium vel quatuor cubitorum potuit contineri. Per riſum Democritus, per fletum Heraclitus, per ſilentium Pythagoras, per cordatam, maſculam & plus quam humanam animi magnitudinẽ Stoici, alii alio modo philoſophabantur. Pyrrho dubitatione & rerum incertitudine fuit delectatus. Illi incomprehenſibilis veritas erat, &, quod dolen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

dum, membrorum adeoque animi ſtupore ita affectus, ut nihil quicquam videre ſe, nihil audire putaret. Hunc noſtro ſeculo neſcio num plures ſoleant quam velint imitari. Iurata dubitatione tamdiu exercentur, donec volentes & conſulta ratione ad metam nil ſcire adigantur. Nec deeſt illi rei elegans ratio, dum enim omnia ita ignorant, non poſſunt in ullo hallucinari. Vbi altius aſſur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

aſſurgere conantur, & genium ſuæ gentis exhibere, ad ineptias, frivola exſortia rerum omnium delabuntur. Quidam atomos fabricant, quidam demoliuntur. Vacuum in rerum natura eſſe, mox probant, mox negant. Abſit ego aliquid talium probem. Illam ingenii vim hic admiror, quæ ſapientiam politicam, vitæ & publicæ & privatæ recte adminiſtrandæ rationem confert. Illam ipſam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Illuſtr. Pater, germanus tuus, ſectandam mihi inprimis commendavit, dum me ante biennium Lugdunum Bat. ad cordatiorum ſtudiorum & bonæ mentis mercatum ablegavit. Ad hæc conſequenda ſuppetierunt mihi viri ſeculi noſtri maximi, Heinſius, Scriverius, Boxhornius, quos quam primum coram loquentes audivi, immenſa illorum eruditio me pene in ſtuporē dedit. Longos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

gos ſermones de Heinſio & Scriverio, jam probatis rei litterariæ ſtatoribus, & ætas mea & verecundia diſſuadent; orbis eos ſatis loquitur. Boxhornium non tam ex merito prædicare, quam admirari poſſum. Hoc tamen dico; ſumma ejus eruditio cum ſumma humanitate conjuncta, cujus per aliquod tempus domeſticus fui ſpectator, ita me cepit, ut ſemper crediderim, eum vel ſolum dignum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

gnum eſſe, propter quem hæc loca frequentent antiquitatis & litterarum ſtudioſi. Nec reliqua præſidia ſtudiorum mihi defuere, boni autores, præclarorum virorum monumenta, quorum maximus hic proventus eſt. Inter alia valde mihi placere cœpit ſcriptum quoddam Italicum. Eſt id Marchionis Virgilii Malvezzi, quod propter rerum majeſtatem, propter ſtrictam & compa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

ctam dictionem facile omnibus, quotquot noſtro ævo in hoc genere exſtant, præferendum exiſtimo. Non loquar monita & axiomata politica, ex quibus totus, quātus quantus, liber eſt conflatus. Breviter ideam Principis hic habet, artes & arcana firmandi principatus, & alia multa, quæ prudentiam civilem ſpectant. De quibus nullus te melius judicare novit; proinde ſtatim exiſtimavi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

ſtimavi, libellum tibi quam maxime deberi, cujus virtus & prudentia tanto major reliquorum mortalium eſt, quanto ipſe hic libellus aliis ejuſdem argumenti melior. Quid non præſtitiſti per paucos jam annos? Tu inſtar omnium Guſtavo Magno, cum viveret, eras. Poſt deceſſum divini Regis, ſumma poteſtas & moderamen amplisſimi fœderis in te fuit tranſlatum. Cui muneri ita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

ita præfuiſti, ut auguſtiſſima Regina, hoſtium potentiſſimo non par tantum fuerit, ſed ſuperior, ſed perpetua victrix ac triumphatrix, niſi cum ſociis magis, quam hoſtibus tibi bellum fuiſſet. Invictæ tuæ virtuti præter hoſtes, qui jam dudum erant debellati, ipſi ſocii inſultare debebant, ut exſtarent fœdæ illorũ negligentiæ præmia, documenta innocentiæ Suecorum. Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

unius prudentia poſſit, tuo exemplo univerſum orbem docuiſti. Idem hic orbis, ſui parentis naturæ luxum hic accuſat, quod ea in te propemodum omne id effuderit, quod & ſuſtinendis, & amplificandis Regnis omnibus ſatis fuiſſet. Nihil hic ſimulo, nihil adulor, quia à nullis magis, quam illis ſordibus alienus ſum. Plura adhuc citra omnem adulationem de te dicerem, ſi illud

mea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

mea modeſtia, & hæc ſcribendi ratio pateretur. Nec poteſt commendari, qui jampridem omnem laudem & quamcunq; orationis magnitudinem antevertit. Interim quod hic commendare nequeo, ſilentio & ſubmiſſo animo æternum venerabor; qui nunc tenue hoc opuſculum Magnitudini Tuæ inſcribo. Dictionem hic vides, quæ par captui meo, par tenuitati. Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

late vagari fas fuit, quippe intra carceres me continere debebam, quibus ab Italo homine eram incluſus. Tyrocinium eſt, quod devotionis profeſſione ſi non probari, certe excuſari merebitur. Vale, Illuſtriſſime Domine. Deus Optimus, Maximus, ſupremus rerum omnium moderator, auguſtiſſimam Reginam noſtram, maximi Regum Guſtavi traducem, te, & illuſtriſſimos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

D E D I C A T.

Regni Senatores, quam diutiſſime bono publico ſervet. Dabam Vltrajecti xx Decembris. Anno MDCXXXV.

Illuſtriſsimo nomini tuo dicatiſsimus

IOHANNES KRVVSS IESPERSON.

AV-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

AVCTOR
BENEVOLO
LECTORI.

Scripſi ſeptem Regum Romanorum vitas, ſed paucis. Illorum primum Romulum, amice Lector, hic habes, quod ſi placuerit, principium operis eſſe poteſt, ſin minus, finis eſto. Exigua, ut vides, libri moles eſt, ſed nimia illi, cui non probatur. Corpus omne,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

omne, utut maximum, nimis magnum eſt, cum elegantia formæ magnitudini ejus non reſpondet. Paucæ quidem paginæ ſunt, ſed ſatis multæ, ſi aliquid utilitatis in ſe continere videbuntur. Bonum omne, utut exiguum videatur, in ſe maximum eſt, quatenus eſt bonum. Nec deeſt ratio, quin rerum momenta paucis comprehenſa facile deduci poſſint & amplificari. Mercenarium illum dico, qui multas paginas occupat pau-

cis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

cis præceptis. illi ſatis præmii eſt ſola lectio. Pejorem fure talem exiſtimo; tempus enim furatur, quod nec reſtitui poteſt, nec æſtimari. Ars longa eſt, vita brevis. illam legendo magis, quam diſcendo tranſigimus, ſi magis ſcribendo multa, quam docendo delectamur. Hac noſtra tempeſtate magnos in bonarum litterarum ſtudiis progreſſus facturum, magis robuſtum bajulum eſſe decet, quam ingenuum ſtudioſum. quippe vaſtis

illis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

illis voluminibus non minus lacerti, quam ingenia fatigantur.

Principibus ſcribo, quoniam ſcribo de principibus; quos ſi ſcriptis prolixis detinemus, in bonum publicum peccamus. Addo quod ſi illorum morbi extracto aliquo ſpiritu (ut cum filiis chymicorum loquar) ſanari poſſint, nauſeoſis decoctis non opus eſſe.

In animo hoc opuſculum, non in ſcheda dedicavi. Enimvero ſolum lectorem patronum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

tronum volo, vel præmium hinc exſpectans, vel gloriam, vel mei miſerationem. Unico me abſolvam: ſi non velis, Lector, applaudere ingenio meo, benevolum animum ſaltem æſtimabis.

Gene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Generoſo & illuſtri

IOHANNI KRVVSS IESPERI F.

Cum Virgilii Malvezzi Principem Latine daret.

SAnguine non victo juvenis prognatus, & aula,
Cujus fulmen adhuc axis uterq; pavet,
Qui famæ victricem animam tranſcripſit & aſtris,
Cui nil Sol fugiens, par nihil ortus habet,
Romanis quam par aquilis Germania quondam,
Quam cum magnanimo Cæſare pallet Iber;
Nunc populo patriæque ſuæ tranſcribit & aulæ,
Itala quod tellus, ſed ſibi, ſcripſit opus.
Hoc Borea nunc jure tuum eſt. cui fortior ante,
Et nunc quo cedat doctior orbis habet.

DANIEL HEINSIVS.

Splen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Splendidiſsimo Iuveni

IOHANNI KRVVSS, IESPERI FILIO.

TVlere fata principem nuper tuum,
Generoſe Kruſi. Fata Guſtavum tuum
Tulere nuper, Regis exemplar boni,
Septentrionis ſydus, & Martis torum,
Metum univerſi, deſtinam Germaniæ
Iam jam ruentis. Tantus ah! princeps fuit,
Nec ille tantus heic iterum videbitur.
Succurris orbi, & explicas vires tuas,
Vires venuſtas, ingeni vires tui,
Stylo Quirini dum reponis principem
Perfectum ab omni parte, Guſtavo parem.
Multum profecto Sueciam obſtringis tibi:
Qualem illa Regem viderat, talem legit.

MARCVS ZVERIVS BOXHORNIVS.

VIR-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

VIRGILII MALVEZZI
MARCHIONIS

PRINCEPS.

MAgni operis eſt præſentis ſeculi mores deſcribere. Nullus hominum nęvi exſors. Pauci ea libenter audiunt, quæ egerunt, quia egerunt mala; hinc vel adulandum eſt, vel tacendum. Scribere autem de rebus geſtis eorum, nihil aliud eſt, quam eos magis proprio, quam alieno exemplo velle docere, quod ſcribenti magis prodeſt; quam legenti, & ſilenti quam loquenti. Facta principum longe alia videntur, quam revera ſunt; ea autem ita recenſere, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

videntur, adulantis eſt, ſed recenſere ut ſunt, nimis eſt ſatyricum. Proprium adulatorum eſt, ut, ſi quando res præclaras more ſuo velint propalare, dedecori ipſis ſit, ſi ſimplicibus tantum verbis utantur. Veritas enim laudis, quæ auditur, imminutio eſt ac decrementum illius, quæ creditur. Proinde quidam eo deveniunt, ut tales laudum præcones plane repudient; putant enim ſe longe majores illis, qui aliena eloquentiæ beneficio tantum poſſunt efferre. Res præſentes vix bona fide narrantur, nec abſque ſummo periculo audiuntur. Audiri quidem ſemper poſſunt, ſed non poteſt ſemper de iis judicium proferri. Qui talia emittunt in vulgus, incertam gloriam aucupantur, & interim certis periculis ſe exponunt: vel qui talia ſcripta poſteris relinquunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

præter futuri, fruſtra perſuaſi & vani honoris expectationem, nullum fructum ex laboribus ſuis percipiunt. Gloria mundi communem cum ipſo mundo finem habet, & mundus apud nos cum vita noſtra. Omnes ſuas cogitationes vertere ad commoda poſterorum, res aut præter naturam eſt, aut inſana. Omnes ad honorem referre diabolicum; ad aliorũ utilitatem humanum, ad proprium commodum non attendere, divinum eſt. Præteribo tam anguſtam ſemitam, ſcripturus potius de præterito ſeculo ad hoc præſens.

Ecclipſes ſolis ſecure in aquis, in cœlo abſque offenſa oculorum vix videmus. Scribam potius de homine generatim, quam de hoc aut illo homine, quippe hic moritur, & ille vivit, & ſic adaucta eſt prurigo ingenii mei, ut ſtatuerim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

ſcribere de factis eorum qui jamdudum obiere. Quæ ſi parum faciant ad nominis mei exiſtimationem, certe inſtar clypei erunt adverſus livorem. Hic enim breviter & abſque ulla invidia expenduntur priſcorum facta, ut ea imitemur, non invideamus. Quemvis ardor capere ſolet audiendi eorum laudes, qui jam præclaris facinoribus extra omnem livorem ſe poſuerunt & humanos affectus. imo dedecus antiquorum facinorum narratum nemini mortalium diſplicere poteſt. quippe pravam opinioné de ſeculo præſenti conceptam diminuit. Invidia venenum eſt, nec operatur in corporibus, quæ nihil caloris habent. Non hominibus cadavera, ſed vermibus & avibus in cibum ſunt. Sola mors hunc ignem livoris reſtinguere poteſt, & relinquere cineres

miſerationis. Mors docet, nullum eſſe altero eminentiorem, dum nos omnes reddit æquales, quinimo quiſque feliciſſimus in ſubita & graviſſima mala præcipitatur. Ad inſtitutum hoc meum faciet virtus Romuli, pietas Numæ, aſtutia Lucumi, Servii fortuna, & improbitas Tarquinii.

Ex Proca Rege Albanorum Amu-“ lius & Numitor nati ſunt, quorum“ alter annis, alter ingenio major erat.“ Vetus annorum parens quidem re-“ gnum ſuum reliquerat maturæ ætatis“ filio, ſed contra vim nec patris volun-“ tas nec fratris anni quicquam potuere.“

Poteſtatem, qua principes uti debebant, in gratiam privatorum, ad ſervandum juſtum æquumque, convertunt ad proprios uſus, quo corrumpant. Iuſtitia ad nos cœlitus deſcendit, ut vim prohiberet. Sed puſillanimitas mortalium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

eam armis & viribus exuit, quo minus vim poſſit propulſare. Interim occidit cum illo ſydere, ſub quo nata eſt, dum gladius, quo defendebatur, in ipſam ſtringitur. Principes dum illam interdum tuentur, ne ab aliis violetur, ipſi violant; juſtitiam armis metiuntur, & ubi de principatu vel regno agitur, apud illos potentiſſimus quiſque juſtiſſimus habetur; nam quidvis ſibi licere in illos putant, qui vim vel inferre non audent, vel ipſi metuunt. Præter rationem eſſe judicant, ſi illi rerum potiantur, quorum vires injuriæ vel propulſandæ vel impediendæ non reſpondent. Hinc fit, ut ſubditi apud Principes ſuos nihil juris poſſint obtinere, quia à viribus deſtituuntur. Qui gladii potiuntur, quem juſtitia manu dextra gerit, vix reſpiciunt libram, quæ ab eadem læva tenetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

In negociis, ex quibus ſumma rerum dependet, non attenduntur illi anni, qui vitã imminuunt, ſed qui conferunt vires & adaugent. Iiſdem armis quibus tempus vincit hoc corpus, ratio utitur, uti tempori poſſit dominari. Tyrannis enim temporis aggredi ingenium non audet, quod beneficio famæ ſe reponit in gremium immortalitatis; & tempori propterea non licet gloriari, quod omnia corrumpit.

Non ſatis erat Amulio, ſolium Nu- "
mitoris occupaſſe. "

Levis tantum crudelitas eſſet ſolio aliquem deturbare, niſi regni illa invaſio majoris crudelitatis eſſet incitamentum. Ex una altera naſcitur, & poſtrema fæcundiſſima eſſe ſolet.

Amulius metuit nepotes. Maſculi ſe- "
xus hæredes occidit, ſibi à fœmineo ſe- "

"*xu cavet. Metuebat enim, ne, ſi ex fœ-*
"*minis filii naſcerentur, jam dato ex-*
"*emplo ad occupandum regnum abute-*
"*terentur.*

Quemvis tyrannus timet; nec ſine fato fieri videtur, quod metuat proprium exemplum. Nam dum omnes timet, neminem excludit, ne ſeipſum quidem.

" *A fato ſe ſatis ſecurum credit atque*
"*tutum abſque ulla ſanguinis profuſio-*
"*ne, dum Rheam Sylviam virginem*
"*Veſtalem eſſe jubet, & Dîs conſecrat*
"*ejus virginitatem.*

Tyrannis innocentiæ ſpecies videtur infirmitas fœminarum. Sed majus periculum proficiſcitur ab illis, qui minus obluctantur. Tantam culpam in fœminis neutiquam poſſunt invenire, ob quam è medio tolli poſſint, nec timere poſſunt fœminas, quarum infirmitati non metus, ſed miſericor-
dia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

dia debetur; vita illas non privant, ut oſtendant, ſe illas occidere poſſe cum volunt. Sed ſæpenumero ex dictamine infallibilis divinæ juſtitiæ ad lapſum condemnantur ceu mali prudentiæ adminiſtratores.

Fœminæ inſtrumenta ſunt ad perdenda regna; quod malum optime caveri poteſt, ſi fœminæ illæ plenæ ferociæ & virium matrimonio jungantur cum viris ſedatis: & licet illæ non timendæ videantur, quis tamen tutus eſſe poteſt ab illarum prole? Filii matrem referunt, & ibi facilis mutatio eſt, ubi ſunt ſimiles inclinationes. Populus non dedecori eſſe putat mutare Regem, dum alium ex eadem familia ſibi adoptat.

Impium fuiſſe Amulium, non negaverim; ſed impietate illa non ſatis ſe poterat tueri. Regnum fra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

tri ſuo auferebat, nepti libertatem, & utrique vitam relinquebat. Neſcio, num contempſerit debilitatem Numitoris, vel an fuerit patientiæ ejus confiſus; vel num cogitaverit, ſe hoc facto velle proprio ſceleri gratiam aliquam conciliare; innuens eo ipſo, ſibi non animum eſſe imperandi in aliqua republica illis, quibus animus eſſet vivendi abſque ullo imperio.

Regem ſolio exturbare, eumq; vivum relinquere, crudelis pietas eſt, qua dum tyranni orbi imponere volunt, ſæpenumero fallunt ſemetipſos. Id omne facile in ordinem redigi poteſt, cujus partes integræ ſunt Erigere monumenta virtutis in fundo abominabili, idem eſt, ac aureas pyramides velle exſtruere in loco paluſtri. Regi pietas convenit, quia eſt voluntarium quid; Tyranno crude-

crudelitas, quia violenti nomen meretur; hinc illum humanitas, hunc vis neceſſario decet, quæ tamen ipſum tutum præſtare neutiquam poteſt. Tyrannus commune quid habet cum paraſitis. Paraſiti ſi captant cibos alienos, crapula, ſi deſiſtunt, inedia conficiuntur: ita comparatum eſt cum tyranno. Si abſq; ulla ratione ſævit, perit propria crudelitate, ſi abſtineat carnifices manus, pium ſe tantum ſimulat, cum non ſit. Nulla vitii ſecuritas eſt, ne in medio quidem curſu virtutis, quippe ibi virtus contaminatur.

“ *Non diu illa virgo ſub Veſtalium* “ *diſciplina fuit, ſed duos filios peperit,* “ *ex Marte enim gravida, uti dicebat.* “ *Magnitudine arcani neceſſarium hoc* “ *facinus non tam non excuſandũ, quam* “ *laude dignum videbatur. Hanc fa-* “ *mam mirifice auxerunt Romuli præ-*

claræ

"*claræ actiones; eamque populus Roma-*
"*nus in ſuam gloriam prædicavit : Nec*
"*peregrinæ rationes ſuffragiis ſuis hic*
"*defuerunt , quippe minus infamiæ ſic*
"*ſibi eſſe credebant.*

Non eſt dedecori, viribus eſſe inferiorem, reſpectu illorum, qui majores ſunt & qui præſtant dotibus naturæ. Pro gloria enim reputaretur, ab illis vinci, niſi temeritas eſſet cum iiſdem conflictari, victoria magis exiguarum virium homines, quam potentiores manente.

Martem hujus ſacrilegii conſtituiſſe auctorem, præſtare debebat ſecuritatem ab hominum crudelitate, bello ſcilicet prætextu alicujus Deorum. Boni principes ſæpius ad has ſyrtes naufragia patiuntur, nempe nimia crudelitate aut propria aut ſubditorum, ubi pii ſunt, vel impii nolunt videri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Tyrannus hoc omne videt, quod non ex re ſua eſt. Magis hominum quam Dei potentiam reformidat, alias vix conſulere ſibi conaretur ea crudelitate, qua Optimi Maximi Dei iram in ſe provocat.

Amulius puellam illam poteſtati & ſeveræ juſtitiæ ſacerdotum committit. " *Interim negocium dat alicui miniſtrorum, qui gemellos ſubmergat; ſed miniſter eos fortunæ relinquit ſervandos, qua ratione & ſibi optime conſultum putabat. Vindictam metuebat, quæ cum de domino ſumi nequit, in miniſtros plerumque ſolet exerceri.* "

Peſſimum conſilium eſt alicui imponere necem regii ſanguinis perſonarum. Vivere ſinit filios vel propter pietatem, vel prudentiam. Si pius eſt, crudelis eſſe vix poteſt; ſi prudens & cautus, credit præſentia vix duratura. Cogitat ſemper de futuris; oculo uno in ty-

rannum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

rannum intentus, altero in ſucceſſorem, & propriam magis quam principis ſecuritatem quærit.

“ *Expoſuit igitur miniſter filios in Ty-* “*beri, ubi vaſtæ tunc ſolitudines erant,* “*ſed fluitantem alveum, quo expoſiti* “*erant pueri, tenuis in ſicco aqua de-* “*ſtituit.*

Gentibus imperare & natare in aquis, tantam invicem affinitatem habent, ut plerique principum in adoleſcentia in hoc elemento fortunam ſuam auſpicentur, aut ſtata jam ætate tranare cogantur. Aquæ commune quid cum populo habent: quicquid leve fluctibus relinquunt, grave contra ſubmergunt, impetuoſæ ſunt & incertæ, facile coërceri poſſunt, ſi quieſcant; minus, ſi commoveantur: ſic populus ad ſeditionem pronus eſt & inconſtans, facile in officio contineri poteſt cum quieſcit, ſe-

cus, cum tumultuatur; creſcit ejus impetus, ubi eſt quod illi reſiſtat; ſed qui illum paululum ſibi relinquit, poſtmodum eo utitur ad proprium emolumentum.

Vagiunt gemini infantes, nec mora, occurrit vel lupa, vel fœmina ſimilis illi beſtiæ, ſive morum ſive nominis ratione, & ubera præbet ſugenda. Fauſtulus paſtor ibi loci eos invenit, & imaginatur ſibi ob majeſtatem vultus regiam pulchritudinem, vel quaſi mirabilis ille caſus favori ſyderum deberetur. Cum ille blande arrideret, & hic in amorem ſui ſpectantem pertraheret, utrumque ſtatuit conſervare.

Princeps magis aliquid, neſcio tamen quid, in majeſtate vultus habet, quam cæteri mortales, in Angelis, à quibus cuſtoditur, in ſideribus, quæ illi favent. aliqui nomen herois ei indidere, ipſa Veritas Deum dixit. Nec à recta via aber-

aberraſſent pagani, niſi præter nomen Dei, quod principibus tribuebant, etiam divinos honores addidiſſent. Populus qui credit ipſum homine majorem, miratur; ubi æqualem; obſtupeſcit, ubi inferiorem viderit. Princeps pati non debet, ut ab aliis ſeducatur. Nam ſe ad pugnam accingere abſque certa ſpe victoriæ, præſentiſſima clades eſt. plus in principe, quam in alio requiritur, cujus tamen rei rationem ignoro.

“ *Lætus paſtor in caſam gemellos por-*
“*tabat, eoſque Laurentiæ uxori ſuæ tra-*
“*dit educandos.*

Aqua ipſos ſuſtinet, alit fera, paſtor nutrit, qui ſibi eo nomine gratulabatur, quod cum aquis & fera eſſet veluti deſignatus miniſter hujus novi facti, quod jam effulgebat tam mirabilibus & inauditis principiis.

Cœlum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Cœlum nulla edit magna prodigia, quæ non reſpiciant Magnates. Cœlum in univerſum operatur, quamvis in uno aliquo vim ſuam exſerere videatur. Et licet propius principem tangat, nihilominus in univerſum operatur. quippe populus æque particeps eſt vel commodi vel incommodi, vel vitiorum vel virtutum ſuorum dominorum.

“ *Adhuc pueri vires ſuas in ſylvis probabant, non obſcure demonſtrantes, illo crepuſculo adoleſcentiæ ſuæ fulgentiſſimum ſolem ſuæ juventutis.*

Bellum venatio eſt, & eo magis alterum præ altero laudari debet, quo magis cum natura convenit dominium in beſtias, quam in homines exercere. Non percellit principes venatio timidarum beluarum, quæ quidem ipſis principibus facile melius vias norunt &

lati-

latibula, ſed cæteroquin tantum docent, aut turpiter fugere majores, aut perſequi cum nulla gloria eos, qui ſe tueri non poſſunt.

Exercitabant ſe juvenes, dum ſe cum ferocibus beſtiis committebant. Vbi corpora ſua omnibus laboribus perferendis aſſuefecere, animos in quibuſvis periculis imperterritos reddiderunt, ubi exuviæ erant trophæa & obtentæ victoriæ monumenta.

" *Sic brevi tempore à prædis beſtia-*
"*rum ſe contulerunt ad illos capiendos,*
"*qui in alios ferarum inſtar graſſaban-*
"*tur. Hi duce fortitudine & ſtudio glo-*
"*riæ incitati, ſtipati magna multitudi-*
"*ne ruſticorum liberabant regionem à*
"*prædonibus, ideoque ſupremi paſtorum*
"*in illo tractu commorantium conſti-*
"*tuebantur.*

Felices eſſe homines non poſſunt, ubi non vixerint ſecuri. quem

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

etiam in finem civitates exſtruuntur; Principes creantur, tributa penduntur. Veteres pagani ipſos inter deos ſuos referebant, qui ſuis de tranquillitate proſpiciebant.

Principales honores deferuntur illi, qui principis officio fungitur. Virilitas muta quædam eloquentia eſt, quæ omnes ad ſe trahit, quoniam vel illam admirantur, vel metuunt, vel etiam opus habent. Maſcula virtus in excelſis locis ſedem ſuam figit, nec minus in humillimas paſtorum caſas ſe demittit. Nata illa eſt ad ſuſtinendum mundum, & poſtea ad eundem deſtruendum. Hæc moralis philoſophia mundi eſt, munitiſſima quævis loca perrumpens. Non homo ſolum vult in hominem dominari, ſed elementum in elementa, & ubi unum rem ſuam egerit, alterum in ejus locum eo

ipſo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

ipſo momento ſuccedit, ut finiatur mundus illa virtute, qua cœpit.
" *Cæteri prædones invidebant faci-*
"*noribus horum gemellorum: hinc cu-*
"*pidi vindictæ, Romulum & Remum,*
"*nimis fidenter venientes ad ludum Deo*
"*Pani ſacrum ſunt aggreſsi, & Remum*
"*captum ad Amulium detulere, non*
"*veluti vindicem prædonum, ſed tan-*
"*quam qui ipſe Regis ditiones fuiſſet de-*
"*prædatus.*

Artem vitæ ſuſtinendæ impedire perinde eſt, ac privare vita, & quid ſi pejus eo aliquid committeretur, quod provocetur ultio, quæ abſque intermiſſione ſolet deſævire. Ignominia flocci penditur in animis abjectis; magni autem econtra fit in mentibus generoſis. Attamen ſæpe cum tempore illa evaneſcit, quia innititur ſoli opinioni. In cæde amicorum, qui minore ſanguinis vinculo con-

junćti

juncti nobis ſunt, vindictam ſanguine propioribus cum bonis, quorum ſunt hæredes, relinquunt: propinqui ſe bonis mortui ſolantur, de debitis in mortuum officiis minime ſolliciti, dum enim ſolis bonis inhiant, vindictæ dememinerunt. In furto impediri, injuria maxima cenſetur, quæque difficilius traditur oblivioni, quia præſens egeſtas intolerabilis eſt illis, qui cum ea nunquam fuere conflictati.

Fauſtulus paſtor numerans tempora, optime noverat illorum originem, nec incertus præclarorum & fortium factorum, quæ in paſtorem vix cadere poterant. Noluit tamen cogitata ſua aperire, niſi vel ſumma neceſſitate coactus, vel occaſione commoda inductus. Ad magnas res illos impellere nolebat, donec robur ac virtus in illis magis accreviſſet.

Vbi

Vbi facultas agendi promiſſis noſtris non reſpondet, vel infelix deceſſus, vel vita inquieta metuenda eſt. Nolebat Fauſtulus dulcedinem victoriarum abſynthio obſcuræ illorum originis acerbare. Quamvis principes eſſe paſtorum glorioſum erat filiis Fauſtuli, inglorium tamen fuiſſet atque miſerandum filiis regis.

Merita magnorum factorum diminuit ille ortus, qui adhuc majora requirebat. Non tanta gloria dignus æſtimandus, qui naſcitur princeps, quam qui adoptatur. Nec contemnendus qui naſcitur privatus, ſed qui ex publico fit privatus. Granum frumenti, reliquis majus, magnum vocatur, & monticulus ille humilis, qui reliquis omnibus inferior eſt. Aliquando ſapiens quidam Deum Geometram vocabat, forſitan eam ob

cauſam, quod univerſum hoc magis ſecundum Geometricam, quam Arithmeticam proportionem conſiſtit.

Nec gloria nec ignominia ex ortu exſpectanda eſt; utraque tamen ex ortu definitur. Intereſt, fortunam ſuam illi exæquare, quod à natura habemus. Sic livor oritur inter mortales, nec unquam ille invidiæ objectum vel ſcopus eſſe poteſt, cui accepta gloria nondum fuerit exprobrata.

Nata tamen occaſione ex neceſſitate Fauſtulus omnem rem Romulo narrat. "

A majoribus illuſtribus ortum fuiſſe, ſtimulus eſt animis generoſis: quippe dedecori ſibi putant, debere aliorum factis inclareſcere: contra pro torquibus ſunt cordibus abjectis merita aliorum: putant enim, licitum ſibi eſſe ex alio-

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

rum laboribus felicitatem ſuam & quietem aucupari; longam ſeriem imaginum oſtentant, quæ quidem monumenta ſunt præclararum actionum defunctorum, abominabilia vero ſepulchra puſillanimium virorum.

"*Romulus certior factus de ſua origine valde accenditur adverſus tyrannum, ejuſque morte exſtingui poſſe putabat vehementes duos affectus, nimirum gloriæ & vindictæ. Sed poſtquam exiguas, nec apertæ violentiæ inferendæ pares vires ſuas deprehenderet, in Regis aulam ſe confert, ſtipatus magna multitudine hominum, qui ſimplici veſtitu erant amicti. Quo quamprimum perveniſſet, præſentia armati fratris animatus Regem in illo ſolio, in quo tanta ſcelera patraverat, aggrediebatur, facitque ut crudelem & nefandam animam efflaret.*

Tyrannus cuivis exoſus eſt: debilibus

bilibus fulcris timoris imponit molem ſuæ dominationis. Ruina naſcitur, ubi vel non metuimus, vel non metuimur. Hunc deſtruit nimia confidentia, nec ipſum ſecurum reddit metus, & ſæpe, ubi comprimere ſe putat ſubditorum animos, confirmat. nam maxima audacia ex maxima timiditate oritur. Sermones de tyranno inſtituere periculoſum, eum plane interimere, magis tutum eſt. Tale quid perpetrare facile eſt, quia nihil horrendi in ſe continet præter ipſius facti exſecutionem. Facillimum foret occidere principem bonum, niſi magis periculoſum foret occidiſſe. Periculoſiſſimum foret occidere tyrannum, niſi cum nullo periculo eſſet conjunctum occidiſſe. qui id facinus non patrat ſtudio vindictæ, patrat propter gloriam. nemo ſe hoſtem ty-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

rannicidæ dicet, quia nullus amicus occiſi volet audire.

" *Numitor, cui optime conſtabat de "natalibus Remi, ejus facta, quaſi juſtis "titulis fuiſſent perpetrata, efferebat, "niſus autoritate, quam habebat in "Remum. Et egregie diſsimulabat, ſe "neſcire, illos Regem fuiſſe aggreſſos: "potius animo regiam purgandi illos "hoc feciſſe, non occupandi civitatem. "Convocat juventutem Albanam, ut "defenderent caſtellum. Occurſantibus "igitur juvenibus narrabat nepotum "ſuorum educationem, originem, qui "in aquis expoſiti fuiſſent atque ſervati. "Iuvenes avum Regem conſalutavere, "& mox reliqui omnes ſecuti ſunt; vel "quia fieri ſolet in concionibus, ad quas "magna vis populi confluxit, ut omnes "facile ſequantur & probent, quod à "paucis inceptum, vel per miſericor-"diam, quæ ſemper infelicitatem ſolet "comitari.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Qui in odium tyranni incurrerunt, favorem populi merentur. Populo gratus eſt, qui in periculo eſt conſtitutus, illum vellet promotum, quem oppreſſum videt. Miſeretur illorum, qui vim patiuntur. Vbi faces odii tyrannici ardent, eo fluunt aquæ favoris popularis. Potius mortales cupiunt aliquē priſtinæ dignitati reſtituere, qua fuit exutus, quam illum ſequi, qui eam alteri ademit: Miſerentur; quippe pauci ſunt, in quorum manu poſitum eſt vim inferre, & omnes qui vim metuunt, oderunt. Et juvant; quia majus præmium exſpectant, dum liberant aliquem à miſeria, quam ſi alicui de felicitate gratulentur. Felicibus invidia damnum atq; pœna eſt; miſeris ac infelicibus ſolamen miſeratio. Principem dignitati ſuæ redonare, ſpeciem chari-

tatis in ſe habet. Et ſi proprii commodi ſtudium abeſt, miſeramur quidem ejus calamitatem, vix opitulamur. Felicibus itaque pœna conſtituta eſt, quæ vana, nimirum invidia, quæ non nocet; & infelicibus ſolatium infructuoſum, nempe miſeratio, quæ nihil juvat.
" *Poſtquam avus Rex Albanorum fa-*
" *ctus eſſet, de aliis Romulus & Remus*
" *cœperunt cogitare.*

Multi ſunt, qui alteri regnum tradunt, ſed Regem nequeunt tolerare. Difficillimum eſt illi obedire, cui nos ipſi imperium demandavimus. Principatus aliena ope acceptus ſpeciem ſervitutis habet. nam ibi neceſſario vel ſtupiditatem noſtram propalamus, vel in ingratitudinem delabimur. Satisfacere intolerabili deſiderio eorum, nihil aliud eſt, quam ſponte illis reddere principatū, quem
ſemel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

ſemel conceſſere; & niſi illis ablandiaris, in præſentia pericula te præcipitas, eo quod principatu ſemel ab illis tradito abſtinere cogantur. Nec difficile eſt iis artibus imperium ſibi comparare, quibus id aliis acquiſivimus. Qui manus ſuas regio ſanguine ſemel imbuit, tale facinus rurſus audebit patrare. Qui regno fuit privatus, ſemper cogitat de illo, quod accidere poſſe experiendo didicit. Sed qui id debitum poterit exſolvi illi, qui regnum alii acquiſivit, dum non poſſit, niſi amiſſione ipſius regni? Non minima ſapientia eſt, eos magnates averſari, qui beneficia nequeunt recompenſare. Grata plerumque beneficia eſſe ſolent, non ſemper grati benefactores; Imo nonnunquam beneficia ubi recompenſari non poſſunt, improbatur infirmitas, & ita gratia

in odium convertitur. Vbi beneficium denegari non poteſt, ad minimum benefactorem amoliri conamur. Officium à minore acceptum egeſtatis argumentum eſt, & grande redhoſtimentum expoſcit. Se cum beneficio componere idem eſt, ac cum benefactore ſe comparare; ibi magnanimitatis nomen amittitur, & ingratitudinis imponitur. Beneficia à majoribus accepta non invite narrantur, quippe gratitudo, quam tales operiuntur, ea nimirum eſt, ut beneficia eorum recenſeantur. Et talia ab illis accepiſſe indicium eſt, eos magni apud datores fieri; &, dum narrant præterita beneficia, novum accipiunt.

Illæ dignitates atque ambitio, incitamenta gloriæ, alienarunt generoſos juvenes ab obſequiis, quæ ſuo avo debebant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Exſpectare regnum ex alterius morte, gloriam vel impedit, vel imminuit. Spiritus cum annis frigeſcunt, &c, dum parens adhuc in humanis eſt, ſæpe negligenter vivere oportet propter vitæ tranquillitatem. Principes etiam aliquando invident præclaris factis filiorum, quia ſibi ab ipſis metuunt; privati gaudent, quia illis fruuntur inter fortunas fortium virorum. Summum bonum occupat matura mors genitorum, cum, poſtquam educti fuerint, à majoribus ſuis alio modo juvari non poſſunt, quam ſi moriantur. Nullum regnum affectare debemus, niſi cum regno gloria conjuncta ſit. Gloria illis debetur, qui eam ſummis laboribus acquirunt, ſed minime iis, qui gloriam majorum ſibi adſcribunt. Infortunati ſunt illi heroës, qui felices naſcuntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Nam ubi regnum hæreditario jure accipimus, impedit, quo minus per gloriam acquiramus.

" *In id intenti ſunt, quomodo novam "civitatem condere poßint, & tales "muros ejus exſtruere, quales eorum "magnitudini & virtuti debebantur. "Itaque eum in finem locum ſibi elege"runt, in quo aquis fuerant expoſiti, "vel ad perpetuam memoriam rei, vel "ad gratitudinem, ut aliquando hæc "incunabula componi poſſent cum pru"dentia, quæ eo ſeculo divina habe"batur.*

Exſtructores hujus urbis prudentiam ſuam in eligendo loco oſtendere. prima erat lapis Lydius, quo bonitas metallorum explorabatur.

Non laude dignus ille eſt, qui cum ſe mollitiei otii ſubtrahere vult, incurrit in dolorem ſterilitatis. Neceſſum eſt quærere auxilium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

lium ex educatione, non ex loco, ut virtus ſit, non neceſſitas. Applicare animum ad mercaturam, homines induſtrios quidem, ſed timidos reddit; & miſera Reipublicæ conditio eſt, ubi privati tantum divites ſunt, & publicum laborat, &, ubi periculum imminet, illam derelinquere locupletes malunt quam tueri. Divitiæ, quas quiſque ferre poteſt, ſuos alterius imperio ſubjici vix patiuntur: quippe illos, à quibus poſſidentur, poſſeſſores quidem faciunt, ſed non ſubjectos. Non exiſtimari debet, regionis ſterilitatem in vicinis imminuere cupidinem ejus occupandæ, quam non avaritia, ſed ambitio parit.

Qui ædificat in locis munitis, caſtella tyrannis exſtruit, aut ad minimum nidos ac receptacula vitiorum; qui munitis locis confi-

dunt; carent quidem omni metu perdendi ſua, ſed interim alienis inſidiantur. Civitates abſque mœnibus & muris ædificare conſilium fuit deliri cujuſdam philoſophi, indigni, quem imitemur, vel etiam commemoremus.

"*Situs urbis Romæ optimus erat, "quippe circumjacebant eam ſaluberrimi montes. Non nimis procul à mari "remota erat, unde ad ipſam plurimum "commodi poterat redire; nec nimis vicina mari, ut eſſet immunis ab irruptionibus Barbarorum. Ad ejus felicitatē etiam accedebat nobiliſſimus fluvius decurrens per mediam Italiam; "hoc enim & ad conſervationem & ad "incrementum urbis plurimum conferebat. Parati jam erant ad exſtruenda mœnia, cum fratres contendere cœperunt de nomine urbi imponendo & "legibus ſanciendis. Aequalitas parens "invidiæ tanto plus poterat apud illos,*

quanto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

quanto magis præter illam fratrum "
æqualitatem prætendebatur ab utro- "
que, ſe ſimul conceptos editoſque in lu- "
cem fuiſſe. "

Vbi aliquis prætextus ſuppetit, tum facile inter æquales eminentia permittitur. Multi loco cederent, ſi ſpeciem aliquam haberent ſuæ ceſſionis. Sæpe enim fit, ut nos opponamus non à ſuperbia, ſed pudore incitati.

Conducit quidem illa temperatura, quæ eſt inter majus & minus, ſecus autem, quæ inter æqualia, ſive quia in diverſis naturis vix aliquid æquale invenire eſt, ſive, quia nihil æquale in mundo durabile, quia ex perpetuis motibus accipit ſuam perennitatem. Tanto longius à patientia inæqualitas remota eſt, quanto propius patientia ad æqualitatem accedit. In Muſica nihil magis diſplicet quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

unus tantum tonus, & quamvis ſit exquiſitæ artis, nullum tamen uſum confert, nec recreat, nec concentum producit. Majus & minus in hoc conveniunt cum levi & gravi, quod quemadmodum mundus formam ſuam ab illis accipit, ita ab his dulcedinem ſuam harmonia. Vtrique damnoſa eſt diſſonantia, utilis econtra concentus.

" *Et cum nihil in terris eſſet, quo "controverſia eorum poſſet componi, ad "cœlum converſi auguria conſuluerunt, "Remus in Aventino, Romulus in Pa-"latino monte. Cumque jam Romulo "referretur, fratri Remo ſex vultures "apparuiſſe, adſtantibus bis ſex vultu-"res jam advolantes ille oſtendit. Sunt "qui tradunt hanc cauſam fuiſſe nova-"rum contentionum atque ipſius fra-"tricidii.*

Non minimus animi dolor eſt, æqua-

æqualem æquali ab aliis poſthaberi, quæ tamen aliorum judicia ex fraude poſſunt provenire: longe tamen major acerbitas eſt, cum ejuſmodi judicia ex cœlo habentur, quod verum ſemper oſtendit, ac proinde nunquam fallit. Hunc caſum fuit ſecutum homicidium, & certe homicidium primum fuit inter primos fratres.

Conſtantior tamen fama eſt, Re " *mum ideo fuiſſe interemptum, quod* " *mœnia à fratre exſtructa ludibundus* " *tranſiliſſet.* "

Remus eo ipſo facto aut ſe principem oſtendit, dum legibus volebat eſſe ſolutus, vel alterius principatum in animo habuit occupare, cum leges ejus rideret. Differt prævaricatio à contemptu, illa legem reſpicit, hæc legiſlatorem. Qui leges clam tranſgreditur, id facit ſalva manente ejus

æſtimatione, qui eas tulit: quæ autem in aperto peccantur, magis ad principis, quam legis contemptum collineant. Scelera ex diverſis affectibus perpetrata diverſo modo ſe habent. Modo levia, modo enormia cenſentur. Gigantes ſunt, quos ad legum tranſgreſſionem invitat merus contemptus; Quidam peccant adverſus commoda ſubditorum, & hi jure merito puniuntur; quidam Majeſtati principis inſidiantur, & his neceſſitas pœnam imponit. Veneratio & autoritas anima eſt principatus; cadaver eſt, non princeps, qui deſpicatui habetur.

" *Novæ huic urbi Romulus à ſe Ro-*
"*mæ nomen impoſuit, & inſtituit ſpe-*
"*ctacula in Herculis honorem. Et civitas*
"*hæc legibus maxime opus habebat, quæ*
"*plena variarũ gentium, diverſorumq;*
"*morum abſq; illis coaleſcere nequibat.*

Non

Non unius generis leges ſunt; quædam hominum, quædam ſtatus conſervationem ſpectant; illæ quippe judiciales à Jureconſultis, hæ politicæ à principe exercentur. Illæ perpetuæ eſſe debent & immutabiles, quia de illis tum judicatur, dum conduntur, ſed poſtquam ſemel fuere conſtitutæ de illis non amplius eſt diſputandum. Hæ vero non eædem ſemper eſſe debent, ſi ſemper utiles eſſe velimus & bonas. Si perſtant,fit nonnunquam, ut ſtatum Reipublicæ evertant, vel ipſæ violentur urgente neceſſitate, quo peſſimum exemplum introducitur. Non ſufficit antiquas leges tueri, ubi occaſio ſe offert condendis novis: Princeps legum cuſtos eſt, non ut eas ſemper retineat, ſed interdum immutet. Tranſgreſſio legum penitus pernicioſa eſt, mutatio illa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

rum neceſſaria. Iidem cibi iiſdem hominibus diverſis ætatibus non competunt: eidem morbo non eadem medicina adhibetur, dum accrevit, quam quæ in principio morbi requirebatur.

Multæ rerum humanarum periodi ſunt, quas pro temporis ratione oportet mutare. Plurimæ Reſpublicæ ob hoc plenæ ſunt periculorum, quod antiquæ earum conſtitutiones vel non ſint proficuæ, vel quod nequeant mutari.

" *Romulus leges condit, earumque* "*autoritatem aſſerebat non ſine vi, &* "*præcipue minis duodecim lictorum,* "*quibus erat ſtipatus.*

Legis perſuaſio inutilis eſt, quæ vim atque virtutem puniendi in ſe non habet; alias non faciet adverſus illos, qui natura ſua ad quævis mala feruntur, & illis ſuperflua, qui ſponte ſua virtuti ſtudent.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Ad potentiam Majeſtas etiam ac- "
ceßit, repræſentata precioſis veſtibus, "
& à communibus diverſis, quibus Ro- "
mulus erat indutus. "

Quicquid eſt, (pene dixerim quod non eſt ipſum nihil) ad id aliquid ſemper facit, quod eſt. Zyphra cum Zyphris conjuncta nihil prorſus valet, ſed cum numeris, multiplicat. Veſtis autoritatem non conciliat niſi illi, quem celebrem prius reddidere præclara facta. Non habet ille Majeſtatem, niſi habitum, qui Majeſtatem decet, continuo obtrudat oculis ſuorum. Profecto vis autoritatis tanta eſt, ut pariat reverentiam, quemadmodum ejus defectus contemptum.

Veſtis primitus data, ut tegeret defectus ac vitia corporis humani, jam aperit animi affectus; inventa, ut occuleret noſtram debilita-

litatem, jam autem indicat ambitionem. Omnium noſtrum auctor Deus veſtiebat hominem jam tunc exutum juſtitia primæva, & factum mancipium peccati. Iam homo veſtes oſtentat, ac ſi eſſent tropæa (ô horrenda ſtoliditas!) cum ſint inſignia ſervitutis.

" *Alte quidem exſurgebant mœnia* "*urbis Romæ, ſed inopia civium ea la*-"*borabat. Hinc, ut illa multitudine po*-"*puli augeretur, libertas fuit conceſſa* "*quibuſvis facinoroſis, illuc loci recur*-"*rendi, juxtaque libere vivendi.*

Inimica novis urbibus quies eſt; omnis ſpes in motibus ſita. Gens inidonea vitæ civili apta eſt ad pugnandum in campo; &, qui bonus civis eſſe nequit, plerumque bonus miles eſſe ſolet. Roma magis militum, quam civium dici merebatur; quippe non exſtructa erat ad quietam vitam, ſed ut augere-

tur

tur per illos, qui præferunt gloriam ſecuritati.

Caſtra circus ſunt, in quo veluti indomiti equi homines coërcentur, ut poſtea inter cives cooptari poſſint. Civilis vita illis perdifficilis videtur, qui imperium in caſtris habent, ſecus illis, qui in caſtris parent. Sic ſevera militaris diſciplina gratiam aliquam conciliat jugo vitæ civilis.

Nec mora, brevi civibus repleta "
urbs fuit. "

Novitas lux eſt, quæ poteſt oculos mortalium in ſe convertere, nec minus occœcare. Homines, quoniam neceſſitas legem moriendi impoſuit, inviti inquirunt in mortis cauſas, & non libenter meminiſſe volunt fatalis illius neceſſitatis. Verumenimvero libenter de illis cogitare volunt, per quæ promoventur, eorumque fortuna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

tuna magis magiſque adaugetur. Nomina inciduntur teneris plantis, quoniam jam creſcunt, non annoſis quercubus, quæ reciduntur. Niſi novitas commoda ſecum afferret, obſoleſceret mundus cum illis rebus, cum quibus cœpit. Sterile eſſet ingenium humanum, ſi privaretur illis inventis, quibus fœcundatur. Debilitatur ingenium cogitatione rerum cognitarum, hinc incenditur deſiderio ignotarum.

" *Omnes illi, qui aut non invidebant,*
"*aut ſibi propter flagitia ſua timebant,*
"*concurrere: pars illorum illecta à ſecu-*
"*ritate, pars à novitate, altera perſua-*
"*ſa deſiderio mutationis, altera gloriæ.*

Magna ingenia raro acquieſcunt in præſenti rerum ſtatu. Felicitas ſemper quæritur in iis rebus, quas nec habemus, nec quæ haberi poſſunt. Et quamvis mortales illas

res

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

res fuerint conſecuti, tamen nequeunt immenſascupiditates ſuas & deſideria exſatiare. Credunt quidam, ſe aliquando felices fieri poſſe, quod tamen nunquam conſequuntur. Hinc factum, ut odio habeamus quietẽ, & deſideremus motus. Malumus nauſeare præſentia, & quærere tantum futura.

Maxima pars hujus gentis Romulo "parere voluit, ut ſub ejus auſpiciis res "ſuas augerent. "

Habet quidem novitas virtutem homines ad ſe trahendi, ſed non item ſuſtinendi. Quæ protinus tranſit, alios ſiſtere vel diu detinere nequit, niſi illos ineſcet ſpecie utilitatis, vel capiat illecebris ambitionis.

Eapropter Romulus in conſortium "adſcivit centum ſenatores, qui nume- "rus ſufficere poterat ad quamuis Rem- "pub. moderandam, par illis, qui aliam "

ratio-

"*rationem imperii tolerare nequibant.*

In principio cujuſvis imperii etiam minima autoritas maxima videtur, in ejus progreſſu maxima minima reputatur. Hinc fit, ut illi magiſtratus aliquando abrogentur, qui præmature tales fuere creati.

Nunquam conveniunt inter ſe libertas & principatus, quæ vel non conjunguntur, vel ſi conjuncta fuerint, non durant. Vtrumque intendit ſuam perfectionem, quam alterum ex alterius interitu accipit, à quo etiam ſolum dependet. Alienum maxime magiſtratibus videtur, ſe liberos eſſe, & tamen oportere ſervire; principi, ſe dominum eſſe, & non poſſe dominari. Libertas non tota parens eſt tyrannidis, quæ, cum non poteſt tolerari,& vi tollitur,illa contra nititur, ut poſſit vi imperium obti-

obtinere; Adeo ut ad tranquillam vitam inprimis faciat, vel plane liberum eſſe, vel plane ſervire.

"*Ad perfectionem urbis Romæ adhuc fœminæ requirebantur. Hæ concurrere, ut familias conſtituerent, familiæ, ut civitatem. Roma plus formæ, quam materiæ habebat. Enimvero ibi vivebant, non naſcebantur Romani.*"

Vbi homines vivunt, & non naſcuntur, ibi obeunt, & neutiquam renaſcuntur. Renaſcuntur autem patres in filiis, quos progenerant. Non majus hoc deſiderium in homine dátur, nec major illa neceſſitas in tota rerum natura. Species manet, quamvis individuum non maneat; manet materia, quamvis non forma. Maximus ingenii humani error eſt credere, fœminam eſſe vitium naturæ. Fœmina non poteſt non eſſe

con-

conſummata, poſtquam exſtitit perfectiſſimum opus ſui creatoris. Ejuſdem illa formæ nobiſcum eſt, & materiæ, ut ita loqui liceat, noſtra nobilioris. Roma quidem dici poterat circuitus murorum, non autem civitas, imo erat propemodum ſepulchrum, cum ibi non acciperent vitã homines, ſed aliunde acceptam deponerent.

Et quis per Deum immortalem filias ſuas in matrimonium dabit, ut eo ipſo aliquid conferat ad magnitudinem illius populi, à quo perniciem ſuam exſpectet? Quis ſe alterius cauſa iis armis exuet, quæ juventutem ſubminiſtrabant?

“ *Romulus gnarus quidem harum*
“*difficultatum, nihilominus legatum*
“*miſit ad omnes vicinos, ut filiarum*
“*vel juſto titulo potiretur, vel eas jure*
“*raperet.*

Qui vim infert neceſſitate ada-

ctus,

ctus, prius fuit perpeſſus vim neceſſitatis. Neceſſitas lex eſt omnibus legibus magis odioſa, illius jus eſt longe rigidius omni jure.

Vicini populi iraſcebantur, quod "Romani illos recepiſſent in civitatem, "qui à ſe erant expulſi, negant ſe filias "ſuas Romanis elocaturos; Quidam et-"iam pleni irarum atque indignationis, "verbis maledicis Romanos excepere, "quod num factum fuerit defectu ſa-"pientiæ, vel juſtarum virium ignoro. "

Vix metuendi illi ſunt, quibus lingua pro gladio eſt. Contumelia quæ ex petulanti loquacitate ſolet provenire tanta non eſt, quantum periculum, quod ſilentium minatur. Iracundia, quæ prorumpit, in corpore, non in animo accenſa eſt. Et quemadmodum pulvis pyrius flammas ſuas in ſublime emittit, ita ira verbis indicata nullam vim continet, ſed foras protrudit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Ira, quæ in ore ardet, per manus nihil operatur. Pulvis pyrius cuniculis ſubſtructus, quem minas vocant, ſi accenſus exitum aliquem inveniat, murum non proſternit. Facto offendere, hoſtilitas eſt; verbis, malitia; illa utilis eſt adverſus hoſtem, hæc infructuoſa: damnum tamen, quod infert maledicentia, tolerabile magis eſt, quippe juſtius & rationi alicui innixum.

" *Hoc reſponſum non levem indigna-*
"*tionem apud juventutem Romanam*
"*excitabat, quia cum damno contem-*
"*ptum habebat conjunctum. Ex re ſua*
"*eſſe putant recurrere hic ad diſsimula-*
"*tionem, ut eo melius vindictam exer-*
"*cere poſſent. Romulus ægrotum ſe ſi-*
"*mulat, hinc pro ejus incolumitate à*
"*ſuis ludi Diis voventur, parantur-*
"*que cum ſumma ſolennitate. Ad ſpe-*
"*ctaculum convenere vicini populi cum*
fœmi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

fœminis ſuis ac filiabus, putantes ſe has "
ſuas dapes abſque ullo periculo eſurien- "
tibus labris juventutis Romanæ poſſe "
offerre. "

Maximus profecto hic error fuit, qualeſcunque etiam rationes illi prætendantur, dum conſtabat, ſæpe vel ex nimia fiducia maximam imbecillitatem, vel ex contemtu ingentem temeritatem oriri. Negare Romanis fœminas, eas Romam abducere, committere ſe illorum fidei, quos ſemel contempſerant, non metuere vim neceſſitatis, magna profecto pars fuit ſtoliditatis, quam producit animus avidus novitatis.

Indigna laude curioſitas eſt, cum ſenſus noſtros titillat, ſed ſi intellectum, merito excuſanda. Nunquam illa extra probrum eſſe poteſt, ſi conjungitur cum periculo. Interim indicium eſt debi-

litatis, ubi vel plane nulla curioſitas, vel ubi illa nimia eſt.

Fœminæ conditæ ſunt, ut domi ſuæ maneant, non divagentur. Illarum voluptates maritorum ſuorum voluptatibus reſpondere debent; non ſint propriæ aut peculiares. Fœminæ, quæ ſolenni ſacro interſunt, ſi incompoſitæ, ad contemptum, ſi bellæ, ad libidinem ſæpe provocant ſui ſpectatores. Quo plures amicos ſibi parant, eo plures ex ſuis infeſtos ſibi reddunt. Domi tantum nonnihil adjutare poſſunt, foris, non niſi impedire. Earum converſatio non poterat exhilarare illos, qui tum aderant in ſpectaculo. Sed triſtitia eos maxime afficit, à quibus ad ſolenne ſacrum erant deductæ. Si non opinentur ſe decipi, ubi appetuntur, ſentiunt ſe deceptas, poſtquam ceſſere in aliorum poteſta-

teſtatem. Si converſatio vitatur, quæ infelix eſt, cur illa quæritur, quæ inhoneſta? Hæc ſtultitia virorum magis, quam fœminarum eſt. Dum invidiam in ſe concitare volunt, provocant inſidias, & tandem in locum invidiæ miſeratio ſuccedit. Verum quidem eſt, bonum multis nihili videri, cujus nulli alii exſtant poſſeſſores; ſed in hoc peccatur, ſi illud propalando perdamus.

Honeſtas inſtar delicati coloris eſt, qui aërem veretur, lucidum cryſtallum eſt, quod obfuſcatur ex aſpectu illorum, quorum animi laſcivia agitantur. Occaſiones periculorum ſemper vitare oportet, ſi pericula famæ minentur.

Erant jam Romani toti in ludis, & "
animi ſpectatorum plane ad eos in- "
tenti, cum, ſigno dato, juventus Ro- "
mana ad rapinam virginum extera- "

"*rum ſe conferret. Fugiunt parentes,*
"*tali perfidia valde confuſi, vindictam*
"*Deorum obteſtantur, ad quorum lu-*
"*dos convenerant, ſed tam miſere cir-*
"*cumventi.*

Parentes non tam filiarum ſuarum, quam propriam ſortem dolebant: non dolebant, quod fuiſſent raptæ, ſed quod ipſi feciſſent, ut raperentur. Gravior jactura atque durior eſt, quæ fraude fit, quam quæ vi externa; quemadmodum longe præſtat ingenio quam corpore ſuperare. Nihil commune nobis eſt cum violentia, quippe tota extra noſtram poteſtatem conſtituta. Sed fraus per alienam ſagacitatem ſtructa eſt ſuper fundamento inconſultæ noſtræ rationis. Vulnera violentiæ ſuavitate occaſionis impoſita leviora videntur, quia ſunt fortunæ: ſed vulnera à fraude inflicta acerbiora ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Et ſic conquerimur ſæpe de occaſione, cum imprudentiam ipſi accuſare deberemus.

Non minorem iram virgines, quam parentes concepere. Romulus illis perſuadebat argumentis à neceßitate deſumptis: Mariti illas expugnabant adulatione, petita ab amoris virtute. quas rationes ſtatim ſubſecuta fuit admiratio: nec poterat ea vis odio haberi, quippe ſtipata laude pulchritudinis, quæ numeratur inter præcipuas virginum felicitates, adeo ut nullus locus cogitandæ infelicitati eſſet relictus, poſtquam felicißimæ erant celebratæ. Iam dum matrimonium ipſarum iras nonnihil mitigaverat, & ſuppreſſerat elatos animos Sabinorum, cum parentes lugubribus veſtibus induti, & invidiam adjungentes calamitati irritarent animos vicinorum. Sabini à Tito Tatio Rege ſuo in unum convocantur, ubi unus illorum, qui in ſpecta-

"*culo exſibilati erant, hunc forte in*
"*modum fuit exorſus.*

Romani fœminas ſibi popoſcere, vos negaſtis, & tam grave quid non accidiſſet, ſi pariter omnes denegaſſetis. Sed ceſſet omnis ratio negandi virgines petentibus, poſtquam ſunt raptæ. Iam illud violentiæ oportet indulgere, quod amori fuit denegatum. Nos qui ſurdi fuimus ad petita, etiam ad vindictam cæcutiemus? nos Romanorum ſupplices voces abnuimus impatientes, jam injuriam cum ſtupore perferemus? Docturi quaſi hoc exemplo, periculoſum tantum eſſe à nobis poſtulare, impune autem noſtra rapere licere. Violentiæ neceßitatem prætexunt; neceßitas, quæ alioquin ſcutum infelicium eſſe ſolet, & refectio timidorum, hic facta eſt prætextus & ſtimulus temerariorum. Cives noſtros ſuos fecere ſpecie libertatis, ſpecie matrimonii fœminas rapuerunt, urbes adhuc ſpecie dotis occupabunt. Quemadmodum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

dum filiabus noſtris opus habuere ad augendam ſuam gentem, ſic urbes noſtræ inſervient Reipublicæ ipſorum amplificandæ. Et ſi forſitan cupido dominandi in Romanis evanuerit, incitamento tamen ipſis erit ad perpetuam offenſionem, ſemel nos offendiſſe. Beneficia quidem olim collata renovantur ut eorum memoria recolatur: injurias econtra quotidie augent Romani, ut ſe liberent à culpa pridem illatarum. Aegre, qui læſit, reconciliari læſo poteſt, id firmiter perſuaſus, nulla ratione effici poſſe, ut ille, quem offendit, ſibi poſsit favere. Vbi nulla reconciliatio ſperatur, & tamen multum damni datum fuit, ibi ſolam vindictam dominari fas eſt; quæ ſi retardatur, majus periculum creat, quippe omnibus eripit ſpem præveniendi. Omnia violenta quicquid etiam boni aliquando præſtent, ſemper damnoſa ſunt, quia derivantur vel ex invidia, vel ex contemptu. Patientia illatarum inju-

riarum nullum alium uſum habet, quam quod inſolentem reddat eum, cui patientia infirmitas exiſtimatur, & impellat quaſi ad inferendas majores illi, qui illatas tam libenter devoravit. Si patientia injuriarum pretium tranquillitatis eſſet, illas diſsimulare ſumma ſapientia foret. Præter omnem rationem atque utilitatem patientes illi mortales ſe vel ſtolidos, vel viles haberi faciunt, quaſi eſſent deſtituti ratione cognoſcendi proprii mali, aut animo potente ultionis. Hinc fit, ut alii omnem miſerationem abjiciant atque timorem; ſufficiunt autem mortalibus illi affectus, quibus coërcere pravos affectus poſſunt. Roma in ipſis viſceribus noſtris nata eſt, & eam contemnimus, creſcit, & eam fovemus, nos vitam atque animam inſpiramus, illa mortem nobis minitatur. Quicunque illius urbis auſpicia vidit, prævidit pericula poſteritatis, eique hoc curæ demandavit, ut ab illa ſedulo ſibi caveret;

hinc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

hinc quivis perterritus eam mirari potius voluit, quam impedire. In communi calamitate non metuunt privati, in futuris auxilia expectantur & à tempore & à fortuna. Oculus *qui intuetur novitatem nihil reliqui facit intellectui, qui poſſet de periculo judicare, donec eo perventum fuerit, ut nullum amplius ſuppetat remedium.* Tandem *errata pigritiæ cognoſcuntur, quæ tamen nullæ induſtria humana emendari poſſunt. Qui tarditatem prudentiam appellant, eorum animos falſa opinio occupavit, eaque à melancholicis tantum comprobatur.* Plurima *naufragia fiunt, quoniam inopinati caſus ſunt, & homines tardi & rerum ſuarum negligentes. Loquimur de præſentibus, quæ jamdum evenere.* Ne *minimum quidem temporis momentum temere negligendum eſt, cum ex illo pendeat æternitas fortunæ. Res conſummatas tandem vel mors ſequitur, vel ſenecta; illis autem, qui*

creſce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

creſcere jam cœperunt, expectatione noſtra tempus ſuppeditamus & occaſionem, in debitam magnitudinem accreſcendi. Viator ubi maximas anguſtias fluminis invenerit, non progredietur, uti trajiciat, ubi pleno alveo fluit. Roma exiguus fluvius eſt ad quem incolæ civitatum noſtrarum veluti torrentes concurrunt; conflictari nos oportet, non ſermones uſurpare, conflictari, inquam, oportet cum Romanis, priuſquam evadant progenies Sabinorum, priuſquam hoſtes habeamus noſtros nepotes: optimum remedium celeritas eſt, ubi tempus maxime inimicum.

Finita hac oratione, Titum Tatium crediderimus taliter reſpondiſſe:

Debebamus vel conceßiſſe Romanis filias noſtras, vel urbem oppugnaſſe; Debebamus viri Sabini cum armatis viris, non cum fœminis ſpectatum veniſſe; operiebar ego hoſtes, intra hos muros ra-

ptum

ptum virgines noſtras conceſſuros; ſed vos ipſi illas in hoſtium civitatem rapiendas deduxiſtis. Qui petenti neceſſaria denegavit, poſt datam repulſam ſe paret violentiæ propulſandæ neceſſum habet. Romæ excidium vi intentare, prudens quidem conſilium erat, ſed plenum periculorum; quæ, ut evitaretis, fœminas negare conſultum putaſtis. Bona incepta raro ad optatum finem perducuntur. Omnibus rebus ſua pericula cognata ſunt. Ad præcavendum malum, bonum ſubinde ex altera parte tantum agitur. Bonum autem non totum, ne quidem bonum dici debet. Bonum enim eſt, quod totum eſt, & nulla ſui parte divelli poteſt. Renovare quæ irreparabilia ſunt, nec ab audacibus illis inceptis averti poſſe, idem eſt ac majorem Diis credi velle. Labor & infructuoſus, & noxius eſt, meminiſſe illarum rerum, quarum felicitas in oblivione conſiſtit. Audemus aſſeverare, Romam ex nobis

natam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

natam fuiſſe, per nos item creviſſe; fatale eſt, quod patres ſibi damnum procreatione filiorum conſciſcant, morti propiores, dum aliis vitam impertiuntur, quemadmodum omnis rei generatio fit per alterius corruptionem. Verum quidem eſt, oportere nos adverſus ingruentia mala probe munire: ſed hoc non probo, quod veterem errorem moræ, novis & longe majoribus erroribus, nempe patientiæ emendare conemur. Injuriæ acceptæ ruina ſunt illorum mortalium, qui cum ambitione prudentiam non conjunctam habent. Dum properant ad vindictam injuriarum, ſe in novas miſerias præcipitant, dum unum errorem abolere cupiunt, in mille prolabuntur. Quod ante tempus nimia celeritas, hoc poſt occaſionem negligentia eſt. Vitia impatientiæ pejora ſunt vitiis morarum. Præſtat enim malis elabi, quam occurſare; quæ niſi impediantur, tantum quaſi differri videntur. Illi parti,

ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

ex qua impetus in nos ſit, nihil juſti ineſſe credimus, nec perſuadere nobis poſſumus prudentiam eſſe, ubi conſilia non inſtituuntur; conſilia enim uno momento vix capiuntur. Momento, vel, ut loqui amamus, inſtanti tempus non metimur. Prudentia frigoris filia eſt, impetus caloris. Quæ nondum facta ſunt, adhuc fieri poſſunt, ſed ſemel factum infectum fieri nequit. Occaſiones hominibus nunquam deſunt, ſed homines deſunt occaſionibus. Poſſunt quidem illæ expectari, ſed neutiquam præveniri debent. Qui confugit furore incitatus, bellum molitur, poſt ſuam cladem: ſatisfacit affectui, ſed non debito, & potius propria debilitate quam vi alterius debellatur. Metuenda patientia noſtra eſt, non contemnenda. Veri hujus orbis cives ſunt, qui patientes, quorum patientia ex prudentia, non ex timiditate naſcitur. Generoſi & excelſi animi præſentes injurias ſuſtinent ſpe futuræ vindi-

ctæ;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

ctæ; iras ſuſpendunt, ut opportuno tempore de offenſis vindictam ſumere poſſint: ſcilicet hoc eſt, non amandare animo vindictæ cupiditatem, ſed tantum differre. Simulatio non eſt culpanda, niſi temporum injuria evaneſcat. Nunquam deterior ſimulatio eſt, quam ubi oblivio eſt; nunquam melior quam ubi ejus dememiniſſe videmur. Facilius eſt Romæ incrementa adimere quam vitam; nam facilius eſt permittere ut obſoleſcat, quam diruere. Abſque motibus augeri nequeunt, nec tempore pacis amplificari civitates poſſunt vel ornari. Progerminant novæ regiones, ex cineribus regionum jam devaſtatarum. Quemadmodum teneræ plantæ, umbra circumſiſtentium arborum oneratæ, in altum exſurgere nequeunt; ita nequit Roma amplificari, niſi cum excidio urbium noſtrarum, nec illæ exſcindi poſſunt abſque bello. Bellum ſuſcipere ad evertendam eam, materies eſſe poteſt

illius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

illius ſalutis ac emolumenti. Ignes non ſemper comprimuntur cum ruinis, aut ſanguine exſtinguuntur. Quod non alitur, vix vivet, nec alterius ruina opus habet, quod per ſe cadit. Enixe laborandũ eſt, ut pacem cum illo populo colamus, qui pace exitioſius bellum habere nequit. Nunquam deſunt honeſti colores qui devoratis injuriis addi poſſunt. Nimirum, neceſſitatem non lædere, patres non iraſci, matrimonia non eſſe rata, injurias Deorum Diis relinqui. Deos offenſos, non homines, & ſi homines, tamen non urbes, vel licet urbes, non ſtatim ad arma eſſe confugiendum; vindicare injurias, beneficia recompenſare, amare, odiſſe, affectus eſſe tantum hominum privatorum. Reſpublicæ ac Principatus ex ſola utilitate res ſuas metiuntur, extra quam nihil omnino agunt. Vtilitas objectum eſt ſenſuum illorum, affectuum concitator, norma atq; regula omnium actionum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Diſcrepantia illa, quam conſtituebant, Titi Tatii manſuetudo, & aliorum populorum impatientia, bella fuit conſenſio ad augendam magnitudinem nominis Romani.

Poſtquam enim æterna urbs ſolis viribus Sabinorum pene fuit expugnata, quid futurum fuiſſe putatis, ſi tot fœderati, tot jurati Romanorum hoſtes viribus junctis urbem invaſiſſent?

Sic quando diverſi populi, & jam congregati rem aliquam cum Romanis habebant, non una omnibus mens, non unus finis erat. Per unam viam non omnes lineæ in unum punctum feruntur; aliquando conveniunt, aliquando à ſe invicem remotiſſimæ ſunt.

“ *Statuunt igitur exſcindere urbem*
“*ipſam, ſed dum alter in alterum, hic in*
“*tertium labores transfert, nemo opus*
“*ipſum aggreditur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Capitum multitudo, multitudo eſt diverſarum ſententiarum. Plures petræ, quarum ſingularum craſſities eſt trium digitorum, conſtituere quidem poſſunt ædificium mille cubitorum: Multa autem ingenia in unum nunquam coaleſcunt, quoniam ſe non mutuo juvant, ſed impediunt. Non eſt verum, duos oculos plus uno videre, nimirum ſi uno tantum utamur. Loquimur enim de propria virtute oculorum. Extra controverſiam eſt, duos vel plures oculos, non amplius uno videre.

In illo conventu, ubi pauci bona conſilia amplectuntur, nullum tam bonum conſilium ſuppeditari poteſt, quod non fiat malum, nec ullum tam malum, quod non fiat bonum, ſi id omnes amplectantur. Virorum prudentium eſt, ſemper optima conſilia ſuppeditare,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

tare, & ſubinde peſſima ſequi, ubi peſſima plures habent ſectatores.
“ *Cæninenſes , Cruſtumini & An-*
“*temnates, tres populi communiter bel-*
“*lum parant , ſed mora Sabinorum of-*
“*fendebantur. Cæninenſes cæteris ma-*
“*gis impatientes , agrum Romanum*
“*populantur.*

Nullus affectus majorem pruriginem imponit, ne quidem amor ipſe , quam cupiditas ulſciſcendi. Major virtus ſanguinis, qui eſt in arteriis , quam qui in venis. Cholera nihil cũ prudentia commune habet, quippe audaciæ ſocia eſt. & nihil ut ut difficillimum relinquit intentatum. Cholericus nihil omnino timet, ſolum quærit, quod poſſit offendere; minime cogitat quanta ſibi ab eodem damna poſſint inferri. Soli fini intentus medium vix videt; & tum pronior ad lapſum, quo minus ſe labi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

labi poſſe putat, Omnes quidem ejus artus, omnes ſpiritus ſuccurrunt, ſed in eo infelix, quod ſibi majores vires, quam quæ ſint, perſuaderi patiatur. Quid, quod tum inprimis minus poſſit, quam alias poſſe ſolet? hoc ſolum agit, ut poſſit ignem illum extinguere, quo ardet, & aquas illi ſuppeditat ſola cupiditas vindictæ. Auxilium ab eo petit, qui illius incendii autor erat, ut illius ſanguine illud extinguat: nec quieſcit donec cupidinem ſuam expleverit, vel illam extinxerit frigus timoris.

His effuſe vaſtantibus obvius fit Romulus cum exercitu, levique certamine docet, vanitatem illius iræ, quæ in viribus nullum præſidium habet. Illos vincit, fundit fugatque, fuſos perſequitur, illorum imperatorem obtruncat, urbem primo impetu capit, & exercitum ſuum inſignem victoria & trium-

"*triumpho domum reducit. Romulus*
"*æque promptus in patrando, quam di-*
"*cendo, in rebus maximis gerendis ani-*
"*moſus, geſtorumque non minor oſten-*
"*tator.*

Magnæ & præclaræ actiones in principio promovendæ ſunt, ne inertia obruantur. Quamprimum enim eas mortales admirari incipiunt, diſcunt venerari.

Facillimum eſt, magna facinora verbis amplificare, nec aliqua ſpecie veritatem exornare, damnoſum eſt. Princeps de ſe majora facta iis, quæ jam extant, pollicetur; niſi minora velit patrare iis, quæ vulgo creduntur. Ea in immenſum augere, quæ in ſeſe perexigua ſunt, riſum, & arrogantiæ nomen meretur: mediocria ſtrenue promovere, admirationem parit & famam immortalem.

" *Spolia hoſtibus ablata in Capitolio*
ſuſpen-

ſuſpendenda curavit, eaque pariter "
cum æde ſacra Iovi Feretrio conſacra- "
vit. Dum hæc ſacra peragunt Roma- "
ni, Antemnates hoſtiliter in agros Ro- "
manos incurſionem faciunt: ſed Ro- "
mani abſque mora legionem cogunt, "
quam hinc inde ſpargunt, prædiis onu- "
ſtos hoſtes ſpoliant, &, qui alienis bo- "
nis inſidiabantur, arcem ſuam perdi- "
dere. Herſilia Romuli conjux lachry- "
mis raptarum ex hoſtibus filiarum "
fatigata, perſuadet marito jam triümphatori, ut earum parentes in civita- "
tem accipiat, & culpam condonet. "

Hic modus, hæc ratio cum devictis agendi, & civibus annumerandi eos, qui eodem die hoſtes erant. Ad bellum quidem alias gentes concitabat, ſed eas confundebat in illis, quæ victoriam ſpectant. Creſcebat facile deſiderium pugnandi, ſed ardor & conſtantia langueſcebant, poſtquam

cœperant dubitare, majuſne præmium vincentibus, aut victis eſſet futurum: quippe cognoverant jacturam ſuam utilitati eſſe civibus Romanis.

Quicunque hiſtoriam Romanam leget, & attendet ad Romæ incrementa, vel judicabit de eorum factis ſiniſtre, vel vituperabit eos, qui noſtro ſeculo imperia & principatus tenent, quod inopia hominum laborantes malint expellere veteres incolas peregrinos, quam in civitates ſuas recipere novos; ad quod quidam etiam ſcriptis ſuis principes incitarunt, ſed obſtitit diverſitas circumſtantiarum, quo minus illa conſilia probarint.

Dixerim Romanos non tam ex multis corporibus, quam ex multis membris eſſe conflatos. Apud illos nullus metus turbarũ; quippe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

utebantur uno cœlo, una lingua, moribus vel paribus vel parum diverſis. Concordiæ maximum vel hoc præſidium erat, quod ſinguli eſſent novi, & adhuc teneri, qui facile coaleſcere poſſent, quemadmodum oſſicula recens natorum. Ad mutuum amorem maxime faciebat, quod ad ſenatorias dignitates peregrini vocarentur, vel ad alia munera in civitate obeunda. Quæ cum bello laboraret, facile ſibi paſſa eſt perſuaderi, ut hoſtibus offerret ſocietatem, quæ poſtea cum ad ſummam magnitudinem pervenit, id beneficium ne quidem amicis ſuis voluit præſtare. Vbi forma Reipublicæ eſt, vel ſtatus popularis, civibus peregrini annumerari poſſunt: in abſoluto autem Imperio peregrini cum ſervis tantum communem habent conditionem. Proinde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

prudentiſſime agunt reſpublicæ jam adultiores factæ, quod ſuis populum ejuſdem linguæ, ejuſdem cœli, eorundem morum inſerant, non autem exteros qui opibus exterorum poſſent inſidiari.

“ *Antemnatibus jam devictis, Cru-*
“*ſtumini inſurrexere contra Romanos,*
“*qui tamen ſubito domabantur, dum*
“*ex metu magis, quam ſpe pugnabant,*
“*quippe valde imminuta per aliorum*
“*cædem & calamitatem.*

Victoria primi belli fortitudini, hujus ſecundi famæ debebatur. In hoc viciſſe idem eſt, quod vincere in illo. Exercitus timens cladem propria ſua perſuaſione jam ſuperatus eſt. Hoſtium clamores meras victorias, quoſvis motus ſuorum meram fugam putat. Pronior eſt ad metum, quam ad id quod ſperare oportebat. In fugam ſæpenumero ſe convertit,

dum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

dum cladem magis metuit, quam quod victus ſit. qui ſemper cum hoſte confligit, firmam vincendi ſpem habet: qui de fortuna ſua dubitat, non confligit, ſed ſe tantum tuetur.

Noverat Romulus, viribus acquiſita oportere prudentia conſervari. Proinde convocato ſenatui hunc in modum crediderim fuiſſe locutum.

Gentes ſubjugare, & victoria non recte uti poſſe; ſubdere populum, nec tamen eum in obſequio continere, & hominum & temporis jactura eſt. Hic ſibi bene conſulere & neceſſarium eſt & laborioſum. Non deſunt quidem media, ſed illa plena ſunt difficultatis. Si certa aliqua regula extaret, contra factiones gentium ſubjectarum: credo tamen non ab uno hunc mundum poſſe gubernari: in rebus autem politicis unica regula eſt, nempe fortuna. Impoſſibile eſt, animis ſervitutem per beneficia poſſe imponi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Non alio beneficio ſervitus compenſari poteſt, quam reſtitutione priſtinæ libertatis. Nec juramento eos hic aſtringere perſuaſum eſt. Subditi illi non ſunt, qui vires ſuas ſoli voluntati atque nutui aliorum ſubjecere. Naturalis eſt libertas, ſervitus violenta. Et quod contra naturam eſt, opus habet externa vi, qua poßit illi malo obluctari, poſtquam non ſuppetit interior aliqua occaſio ſervitutem averruncandi. Demoliri muros urbium ingentium ſubjectarum, ſpem præbet peregrinis eaſdem occupandi. Si parcitur muris, via ſubditis ſternitur ad contumaciam. Et quamvis hoc conſultum ſit locis quæ in meditullio regionis ſita ſunt; haud dubie tamen arcibus limitaneis pernicioſum eſt; ut ſileam, cum ſumma difficultate conjunctum eſſe, ita illas arces munire, uti & ab hoſtibus, & ab inſultibus incolarum tutæ eſſe poßint. Vix tumultuabitur, qui vim illatam non audet propulſare. Qui arcibus præ-

ſidia

ſidia imponunt, vel propugnacula ſtruunt, iis quidem ſerius animus eſt, illa tuendi, ſed ſubinde ea ſponte perdunt. Tutos ſe præſtant à peregrinis, & interim ſe ſuis committunt, in quos tamen nullum amplius imperium habent, poſtquam amiſere poteſtatem pœnas infligendi. Civium molitiones evitare conantur, & interim ducis alicujus fidei ſe commendant, qui, cum dedecori ſibi ducit hoſti dedere civitatem, credet licitum eſſe, eandem ſibi ſervare. Qui arces extruit in oppidis minus munitis, itidem à nutante ducis fide dependet, qui dux vel paulum, vel prorſus non hoſti victori reſiſtere poteſt, utilis tantum civibus inermibus coërcendis. Si in hunc finem coloniæ ducantur, veteres incolæ maxime irritantur, brevi autem temporis ſpatio novi aſſueſcunt: illi traduces ſunt, & facillime ſe accommodant illi ſolo, in quo capiunt incrementum. Novi coloni in omnibus originis ſuæ dememi-

 nerunt,

nerunt, præterquam quod ſubditi eſſe nolint, ſed pro ſociis haberi. Qui migrant in alias regiones habitandas, nolunt ſervi videri & mancipia illorum, à quibus miſsi, ſed ſocii & ejuſdem cum incolis conditionis. Exercitus *ſuſtentare ad compeſcenda quorumvis motuum principia, uti plurimorum conſilium eſt, ita optimum eſſet, niſi in poteſtate ſupremi ducis foret,* Remp. *in imperium commutare, & ſibi ipſi principatum arrogare. Qui certus eſt de perpetua victoria, nihil amplius ad ſecuritatẽ ſuam opus habet.* Hoſtium *noſtrorum ſtrages excitat in animis ſociorum majorem erga nos obſervantiam, & arctiorem fœderis cultum. Quæ bellum ſequuntur, incerta eſſe ſolent, certum autem poſt cladem ſequi ſeditiones.* Non *inconſultum eſſe putaverim colonias ducere, ſi ita neceſsitas poſtulare videtur: ſic civitas à mendicis, moleſto hominum genere, liberatur, fortes autem viri & qui*

ad maxima quævis ſolent adſpirare, domi retineri debent. Et ſi tum exercitum ex civibus noſtris lectum intra muros aluerimus, nihil ab hoſtibus, nihil à ſeditionibus nobis erit metuendum.

Dum in capta loca colonias deduci“ Romulus imperat, Sabini exercitum“ ſuum contra Romanos educunt. “

Bellum quo diutius differtur, eo magis eſt metuendum. In eo enim omnia ex ratione, ſepoſitis vehementibus omnibus irarum affectibus, geruntur. nec per minas indicitur, priuſquam inferatur.

Sabini tam cupidi erant iræ ſuæ explendæ, quam firmandi ſtatus ſuarum rerum. Non cives ſed civitatem invadebant, ut illam domarent, non de civibus ſumerent vindictam. Sola formido ob magnitudinem urbis Romæ motus illius cauſa erat, virginum rapina belli incitamentum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Magiſtratus, qui ſecuri in utramvis aurem dormiunt, ob pacem, quæ illis eſt cum vicinis, quam maxime felices videntur. Subinde tamen datur occaſio controverſiarum, & has viri prudentes tum inprimis quærunt. Enimvero plebi nihil niſi quod in oculos incurrit, poteſt perſuaderi. ex oculis non mente judicia ſua depromit, nec ulla oratio, nulla argumenta externam rerum ſpeciem queunt diſſimulare. Amicitiam colere cũ vicinis pene optimum conſilium eſt, ſed peſſimum profecto, Reipublicæ ſecuritatem in ea collocare. Inter amicos quidem vicini illi poſſunt haberi, modo de iis ceu hoſtibus ſentiamus, & cum debebunt amare, nec poterunt eſſe nocumento. Magnificum ædificium placet, dum credimus à nobis habitatum iri, diſplicet vero,

ro, ſi inde ruina nobis metuenda ſit.

*Sabini arcem urbis Romæ dolo oc-"
*cupant, auro prius corrupta filia Spu-"
*rii Tarpeii, qui tum Præfectus arcis"
*erat. Eam tamen ipſi Sabini necavere,"
*forte vel odio fraudulentæ traditionis,"
*vel metu periculi, vel exempli cauſa,"
*vel expectatione majoris gloriæ, ſi vir-"
*tute capta potius, quam dolo arx vi-"
deretur. "

Dulcedinem beneficii amaram reddit obligatio recompenſationis; vel ubi beneficium refertur, utilitatem etiam ſuam inde capit benefactor: vel ſi ingratus eſt qui accepit beneficium, parem accepto beneficio infamiam reportat. Grata videntur beneficia per proditionem accepta: ingratus vero proditor eſt, quamobrem minora merita ejus videri ſolent. Proditor ſuam ſortem deflere nequit,

niſi ſeipſum accuſet: Tum ingratitudo laudi ducitur, recompenſatio vero dedecori; & ubi hoc modo ſpes alteri aufertur, novum beneficium accipitur per ingratitudinem.

" *Sequente die poſt Capitolium occu-*
"*patum, deſcenſum fuit in æquum, quod*
"*Palatino monti & Capitolio interja-*
"*cet. Quo in prœlio quamprimum Ho-*
"*ſtilius, qui ſe Metio Curtio oppoſue-*
"*rat, cecidiſſet, confeſtim Romana ju-*
"*ventus fugere cœpit. Romulus turba*
"*fugientium actus, perſtitit ad montem*
"*Palatinum, vovet templum Iovi, de*
"*victoria ſollicitat, quam etiam repor-*
"*tavit.*

Fruſtra auxilium à cœlo expectatur ad eas res promovendas, quæ cœlo adverſantur. Multi ex eo expectant opem, cum tamen conjurati ejus ſint hoſtes. Alienum ſubſidium ſollicitant, & ſe

ipſos deſtituunt. Et ſic verbis cum factis pugnantibus, oſtendunt ſe nolle, quod fuere precati, & precatos fuiſſe ne exaudirentur.

Romulus ex loco pugnat, in quo" maximũ periculum verſabatur, eum-" que quiſque fortiſsimorum juvenum" ſequebatur. Metium in paludem con-" jiciunt, & tum quidam ut Imperatori" ſuo ſuccurrerent, quidam ut hoſtem" opprimerent, omnibus viribus concur-" rere."

Exceſſus fortium Imperatorum facit, ut infeliciter pugnemus. facit autem periculum mortis, ut victoriam obtineamus. Ad prælium omnes concurrunt, quia præmium exſpectant poſt liberatum ſuum Ducem, quia ex morte ejus periculum metuunt. Nullum periculum vitare decet, ubi reſp. periclitatur. Nullum periculũ ſubeundum, ubi reſpublica in ſecuro eſt.

Anceps

" *Anceps adhuc pugna erat, cum in-*
"*ter mortuos & ſaucios ſeſe inferrent*
"*fœminæ Sabinæ, adactæ metu non ſui*
"*ſed aliorum: hinc crinibus paßis, ſciſ-*
"*ſiſque veſtibus, ad parentes ſuos, mox*
"*ad fratres ſe converterunt.*

Nimis tarde, nimis tarde, dicebant, *noſtri rapinam vindicatis, poſtquam vis in amorem mutata eſt, poſtquam mutatus eſt raptus in matrimonium. matrimonium liberos produxit. Matres ſumus, ſumus fœminæ. Quid vindicabitis, cum nulli, niſi qui hic vindicavit, damnum inferatur. Damnum neutiquam reſarcire poteſtis, & damni recompenſationem aufertis. Virginitatem jam dudum ablatam vindicatum itis, & aufertis fœcunditatem jam nunc acquiſitam. Vindicatis rapinam ſororum, cum parricidio cognatorum. Parcite innocentibus, & ſi vindicare vultis, eximite ſolummodo conſpectui hujus fulminantis cœli mali hujus autores; quam-*

vis

vis non reæ ſimus, tamen culpa aliqua in nobis reſidet, quod dedimus occaſionem tot malorum. Quare ferro in viſcera maritorum noſtrorum vultis graſſari? Amant illi ſorores veſtras, nos veſtros hoſtes. In nos vertite iras: hos lacertos, hos toros amputate, qui tot amplexus Romanis maritis noſtris dedere. Transfodite hæc pectora, quæ fovent, hæc ubera, quæ lactant hoſtes veſtros. oſcula infamia, & amplexus vulneribus & ſanguine expiate. Infelices nos magis vindicatæ, quam quod raptæ ſumus! ohe chariſſimi mariti abjicite arma, moriamini potius in bello; nam glorioſius eſt perdere, glorioſius eſt mori, quam vincere, ubi victoria parricidium eſt.

Hæc atque talia verba plena ardo-" ris verba ex ore, ex oculis triſtium" Sabinarum prodibant, cum quies eſſet" in utroque exercitu, qui commoveba-" tur vel lamento, vel periculo æquali-" ter adhuc utriſque minanti. Tum"

maxi-

"*maxime requirebatur aliquis, qui ſe*
"*interponeret, vel illis aliud noſſet per-*
"*ſuadere.*

Defuere ſemper in hoc mundo viri alienis controverſiis componendis idonei. Ignominia fugæ plures Principes præcipites dedit, quam ſtudium vincendi. Quotus quiſque eſt, qui incitato gradu ad ſui ruinam contendit, cum non eſſent, qui præcipitia diſſuaderent.

Calidum & frigidum in tepido concurrunt. ſæpe enim fit, ut contraria conjungantur, modo detur medium: illa autem contraria quæ medio carent, nunquam conjunguntur, ſed mutuo corrumpuntur.

In illis negotiis, in quibus utrique parti par periculum impendet, viri prudentes non inviti ſe interponunt, & magis autores concordiæ videntur, quam ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Quippe facillime ab alio illi perſuaderi aliquid poteſt, qui ſibi ipſi antea idem perſuaſit. Sic acquieſcunt contraria elementa in miſto, poſtquam continuo bello ſe invicem defatigarunt.

Matrimonia violenta inter exteros, quia ſemper habent conciliatrices quietis illas fœminas, propter quas iſte motus fuit exortus, cum bello incipiuntur, deſinunt cum pace. Longe deteriora ſunt voluntaria matrimonia, quæ inter hoſtes ineuntur. Pro bilance nobis eſſe poſſunt illa matrimonia hoc noſtro ſæculo, quæ cum riſu incipiunt, cum lachrimis finiuntur. Illa autem omnium peſſima ſunt, quæ vi inter hoſtes obtinentur. vincula enim amoris, quæ nulla prorſus felicitate fruuntur, non poſſunt non eſſe ſolius indignationis incitamentum.

Ceſſan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

"*Ceſſante illo motu, in medium pro-*
"*ceſſere Duces, de pace acturi. Et quem-*
"*admodum non ira tantum, ſed potius*
"*cupido imperandi inter primas partes*
"*hujus belli numeranda eſt, ita etiam*
"*in pace non poſtremum locum eadem*
"*tenebat.*

Miſere illi mortales decipiuntur, quibus cupido dominandi neceſſaria videtur ad vindictam. Vera cauſa multum differt ab apparenti. Cupido illa ad ſtatum attendit, ultio ad perſonas. Vltio poſt levem maledicentiam, quippe innixa iræ, evaneſcit: dominandi cupido firma & immota ſemper ſtat, & in poſteros veluti hæreditas transfunditur, creſcit voti ſui compos facta; finis illi pro principio eſt, mox pro medio: & illis deſideriis non ſufficit orbis terrarum. Si omnem cupiditatem temere abjicimus, nobis ipſis ob-

ſtaculo

ſtaculo ſumus in conſequendo fine. Humano noſtro affectu maxime inhumani ſumus, ſi populum dominandi cauſa trucidamus, in quem tamen jam necatum neutiquam poſſumus dominari. Ille affectus inprimis mortalium animos occupat, quod ſollicite quærentes quomodo ſibi ſatisfieri poſſit, perdant magnam partem illius rei, quæ ſatisfacere affectui poſſet. Omnibus hominibus hic affectus innatus eſt, ut difficile reddere velint imperium unius in omnes. Quaſi non ſufficeret alios invaſiſſe, niſi etiam nos ipſos impediremus, floccipendentes in præſenti victoria antea acceptas clades. Ipſum corpus noſtrum dum curamus ut vivat, morti appropinquamus. Vix hoſtes vincimus abſque jactura amicorum. Victoria, quæ de morbis reportatur,

medi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

medicamentis debilitari ſolet. Et aliquando tanta facilitate eam perdimus, quanta violentia eam antea obtinebamus. iiſdem viribus reſpublicæ conſervantur, quibus fuerunt paratæ. Gentes, quæ non abſque ſanguine ſubjiciuntur, inſtar mancipii habent ipſum victorem, imperio ejus, quam maxime fieri poteſt, reluctantur, in media ſua ſuorumq; clade triumphum agunt.

Tantum abeſt, ut credamus omnia immortalia eſſe ac æterna, quæ ſub circulo lunæ continentur; enimvero quidvis agendo perditur, quia agendo patitur. Felices illi principes dici merentur, qui regnum hæreditario jure accipiunt: ſapientes, qui regni pleni motibus quietis manſuetiſque ſtudiis potiuntur: Feliciſſimi, qui abſque ſanguinis effuſione ſola tan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

rum autoritate, aut alio conſimili modo obtinent principatum; non diſſimiles fluminibus, quæ quo longius procedunt, eo latius ſe effundunt. contra vero illi, qui vi dominium ſibi parare coguntur, dum vim inferunt, vires ſuas perdunt: non aliter ac apes, quæ ſe invicem pungunt, aculeos ſuos amittunt.

"*Finito bello & animi & civitates utriuſque gentis conjunguntur. Pax illa magis profuit Romæ, quia inde accrevit, quam victoria, qua vel minui vel frangi potuiſſet.*"

"*Sabini liberaturi patriam ſuam ab una calamitate in graviorem incidere.*"

"*Exſcindere Romam volunt, & eam augent; lapides comportant, quibus illam obruerent, & iiſdem ædificant. Præcipui Sabinorum vocantur Senatores, Titus Tatius fit collega Regis.*"

Satis

“ *Satis autem Tatio conſtare poterat* “*ex caſu Remi, quod magis tutum eſ*-“*ſet Romuli hoſtem eſſe, quam ſocium.*

Exemplum à re proſpera petitum, ad ejus imitationem vehementer nos impellit, & licet aliquid infortunii accidat, tamen nos ab inſtituto non plane retrahit. Enimvero major ſemper ſpes bonæ fortunæ eſt, quam metus malorum. ſimilitudinem ſibi fingunt, ubi nulla eſt, & ubi ſimile quid factum eſt, magnum diſcrimen interponunt; quo vel animos ſibi parant, vel cavent, ne animi debilitentur.

Impoſitum fuit Tito Tatio ſpecioſa dignitate, nimirum quod in regni ſocium eſſet adſcitus. Imperio, quod ſolus tenuit, ſe abdicabat, ut parte tantum alieni imperii potiretur. Bibit venena, quod ora poculi melle illita videretur.

tur. Romæ incrementa capere nequibat, dum ipſe vultum ad ejus magnitudinem conferebat.

His non majores deliciæ excogitari poſſunt. Nec ulla impoſtura tanta eſt, quæ cum illis comparari poſſit. Ille lapſus eſt ſapientiſſimorum; illa potentiſſimorum ruina. Quæ in nobis ſunt, non directe in nobis videmus, ſed per reflexionem in aliis. Non cognoſcitur propria elegantia abſque ſpeculo: ille ſpeculum eſt ac idea magnitudinis noſtræ, quem ipſi eveximus. Summam voluptatem ex ipſius conſpectu capimus, quia magnus eſt, & adhuc majorem eum ſpectare averemus, non quod ille talis ſit, ſed quod nos tales eſſe credamus. De illo nihil mali ſuſpicamur, quia ab illo non poteſt ingratitudo exſpectari. Non metuitur, quia nihili habetur. Diffi-

cilius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

cilius eſt exſtruere aliquid, quam demoliri. Excelſæ quidem turres pro lubitu noſtro humiles fieri poſſunt, ſecus homines. Ædificii moles, quam plures condidere, non uni debetur. Qui ædificat, adjutoris quidem nomen meretur, non æque auctoris, dum materies & inſtrumenta concurrunt, quæ non tantum paſſive, uti loquuntur, ſe habent, ſed etiam ipſo actu pariter operantur. Hinc fit, ut ſi putemus nos ædificium noſtro minus exſtruxiſſe, deprehendimus nobis majus præter exſpectationem exſurrexiſſe.

“ *Duorum horum Regum longo tem-*
“*pore concors regnum fuit.*

Stupori mihi Romulus eſt, qui prorſus impatiens fratris germani ſocii, qui natura tamen talis erat, tulit per multos annos æmulum, à fortuna tantum datum: ſed forte

ſocii

ſocii ſui Titi Tatii mortem à fatis exſpectabat, vel commodum tempus præſtolabatur, ne palam fieret fratricidium cupidine imperii, ſed zelo juſtitiæ fuiſſe perpetratum. Præſentes culpæ infringunt præteritas excuſationes. Semel quidem peccare licet, modo retineamus amplectendæ virtutis opinionem; reiterata enim mala id perſuadent hominibus, ut credant, illa potius à vitio naturæ humanæ, quam à neceſſitate occaſionum proficiſci. Prudentes bonitatis ſpeciem ſemper præ ſe ferunt, ut aliquando revera & graviter mali eſſe poſſint. Vitium hoc maxime deteſtandum eſt, quod cum virtute aliquid commercii habere videtur. Quid aliud de illo perſuadere nobis poſſumus, cui nulla alia religio erat, quam qualem ſibi fingebat, cui nulla præterquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

gloriæ cupido, cui ſolæ de imperio unice obtinendo cogitationes, cui gravis frater, graves ſenatores, graves adſignati collegæ. Quid de illo, inquam, ſtatuamus, qui negligens Deorum, ex Diis natus credi volebat?

Rex renuit regni ſocium, recipit tamẽ interdum aliquem, quem abrogare poſſit. Regnum quidem duorum dominorum capax eſſet, modo rex ſocium poſſet tolerare. Imperium duorum ſubditis non ingratum eſt, quippe cœtus civium, magis ex improbis quam bonis conſtans, præfert mala bonis. Nullus error tantus eſt, qui non poſſit palliari; nec tranſgreſſio dari poteſt niſi rerum prohibitarum. Si unius gratia excidimus, in alterius nos haud dubie receptum iri putamus. Niſi virtus prius divideretur, ac poſtea everteretur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

teretur, illa ſervitus præſtaret libertate. Certe ex vulgi ſententia, quod laſcivam & delicatam vitam libertatem ſolet appellare. Regnum unius eſt, Reſpublica multorum. hæc contracta, illud extenſum, evertuntur. Duo boni principes ſummæ rerum pari poteſtate præfecti, ſæpe mali evadere ſolent, econtra duo mali rariſſime boni fiunt. dixerim, fere præſtare, ſi illorum tres eſſent, tunc enim facilius inter ſe poſſent convenire.

Quintus jam annus erat imperii" Titi Tatii, ex quo propinqui ejus Le-" gatos Laurentium occidebant. Romu-" lus diſcordiam & ſimultatem in ſo-" cium ſuum aliquandiu occultatam" jam tandem prodit prætextu religio-" nis: utque omnibus pius videretur, Ta-" tius autem impius, exclamat, traden-" dos Laurentibus omnes, qui rei eſſent"

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

"*hujus iniquitatis. Non poterat tamen*
"*deſiderium ſuum explere, quamvis ni-*
"*hil æque ac hoc expeteret.Titus Tatius*
"*in hoc cum Romulo conſentire nole-*
"*bat, ut punirentur, non quidem ut il-*
"*los ſibi ipſis ſervaret, ſed ſibi veteres*
"*ſuos ſocios, & hac ratione novos ad-*
"*huc ſibi lucraretur, adeoque ſe oſten-*
"*dit etiam in cauſa iniqua pertinacem*
"*ſuorum patronum.*

" *Laurentes vel animis receptis, ex*
"*hac diſſenſione,vel à Romulo inſtigati,*
"*Titum Tatium ſacris intentum pere-*
"*mere.*

Errant ſubditi, & princeps trucidatus eſt. Non darentur ſcelerati, niſi eſſent patroni ſceleratorum. Cum illis leniter agere nihil aliud eſt, quam eos tueri. Prima culpa patratori, ſecunda tale permittenti imputatur. Vtramq; Princeps ſuſtinet,niſi in utrumque ſcelus animadvertat.

*Suſpicabantur Sabini, Romulum "
etiam in mortem ſui Regis conſpiraſſe. "
Verum Romulus ut teſtaretur ſe juſti- "
tiam revereri, nec vim ullam refor- "
midare, noluit plane hilaris videri, ne "
in crimen impietatis incurreret, nec "
plane dolore confectus, ne ignavus vi- "
deretur. "*

Affectata ſimulatio doloris, ubi dolor innocentiam noſtram teſtari debebat, ubi culpa periculum involvit, periculum ſecum affert motum ac ſeditionem, meo judicio magis noxia, quam fructuoſa eſt.

Triſtitia indicium metus eſt; metus, nos poſſe offendi. ubi autem id intelligunt ſubditi, ſtatim etiam offendere volunt. Qui à populo non metuitur, ipſe populum metuit. Motus populi facilius à fortibus viris, quam à prudentibus ſedantur, quia vim plu-

ris faciunt, quam ingenium, & potius ſe cogi patiuntur, quam perſuaderi. Nunquam gravius principes hallucinantur, quam ubi ſe credere oſtendunt, ſe poſſe violari. Id tantum quod poſſibile videtur eſt objectum voluntatis. Nunquam id expetemus, quod novimus nos non obtenturos. Metuere quidem principi ſemper licet, ita tamen, ut metus ille populum clam ſit.

" *Romulus cum Laviniis fœdus re-*
"*novabat, ſed cum hoc ageret, multo*
"*propius, atque in ipſis prope portis bel-*
"*lum Fidenates movebant, quos tamen*
"*Romulus ſingulari ſtratagemate de-*
"*vicit.*

Romani propitia ſemper uſi ſunt fortuna. omnia in illorum magnitudinẽ conſpirabant. Multi quidem comprimere poterant, nullus tamen noverat modum

comprimendi. In principio cum facillime opprimi potuiſſent, nullus erat, qui vel mutiebat. Poſtquam adoleſſent, in communi periculo ſingulæ Reſpublicæ ſeorſim arma ſumebant. Et ubi omnes viribus unitis potuiſſent eam debellare, ſingulæ victæ ſunt. tandem cum hoſtes ſuos non poſſent domare, fœminarum lachrymis permovebantur, quæ extrema & optima mœnia arceſque erant urbis Romanæ.

Minime cum illis facio, qui probare ſumma ope nituntur in rebus geſtis Romanorum ſolam virtutem fuiſſe dominatam. Illi tamen adeo tenaces ſunt ſuæ opinionis, ut piaculum arbitrentur, ſi dixeris Romanos fuiſſe fortunatos.

Cur quæſo hominis audacia magis, quam fortuna celebranda eſt? non enim plus proficit temerita-

te, quam fortuna. Forte credimus, fortunam extra hominis poteſtatem eſſe, quia eam in homine non videmus: illa nobiſcum naſcitur, veluti aliæ qualitates; & licet non ſit operatio mentis, movet tamen animum, ut bene poſſit operari, ſiquando venerit tempus operationi deſtinatum. Profecto hæc ſpecies eſt enthuſiaſmi; docet bene loqui illum, qui neſcit cur loquatur; docet bene operari eum, qui neſcit cur quidve agat. Hæc vis eſt atque virtus ſupremæ ſpeciei ac temperamenti, non tantum operari in ſuo ſubjecto, verum etiam extra ſubjectum exſerere ſuam virtutem: ex qua in nobis raptus naſcuntur aliis inutiles, iique promoventur à re aliqua nobis plane incognita, haud dubio ipſa fortuna. Illa ornatus eſt temperamenti, quemadmodum eloquentia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

quentia linguæ : omnis conditionis homines ſibi ſubdit. illa inſtabilis vocatur, non quod deſinat eſſe bona, ſed quod ad meliora ſe componat.

Vejentes in bellis vicinorum in" utrumvis oculum dormiebant, non ab-" ſimiles illis, qui in veternum incidunt," nec citius expergiſcuntur, priuſquam" jam inſtet hora mortis.

Fulgor ignis, quo conflagrant vicinæ ædes, oculos excæcat. Bellus quidem videtur, quia lucet, jucundus, quia illuminat. Nemo id malum ſentit, niſi quem tangit.

Vejentes in fines Romanorum ex-" currunt populabundi, nec exſpectant" hoſtem; ſed in terras ſuas revertun-" tur. Romani poſtquam hoſtem in agris" ſuis invenere, urbem Vejos accede-" bant, hoſtis obviam egreditur, & poſt" acceptam magnam cladem in fugam" vertitur, Romani agros vaſtant, &"

"*tandem Vejentibus ſupplicibus, indu-*
"*cias in centum annos dedere. cum for-*
"*te Romulus ad exercitum recenſendum*
"*orationem in campo ad Capreæ palu-*
"*dem haberet, ſubita coorta tempeſtas*
"*cum magno fragore tonitribuſque.*
"*tam denſa nubes illum opperuit, ut*
"*conſpectum ejus concioni ademerit: nec*
"*poſt hæc unquam Romulus viſus fuit.*
" *Populus ſuſpicabatur, eum à Se-*
"*natoribus, quos omni dignitate exue-*
"*rat, fuiſſe interemptum.*

Exceſſus potentium ſemper hæc fama ſequitur, quaſi ipſa mors metuere ſibi debuiſſet tales aggredi niſi coacta: vel poſtquam principes in multos injurii fuere & crudeles, creditur hominum vindicta fieri, quod tamen naturæ erat adſcribendum: vel opinantur homines, artem multum poſſe adverſus mortem, eaque arte inſtructos Principes non poſſe mori,

ri, niſi in graviſſima ſenectute.

Oritur ſeditio inter plebem Illa provehit ſcatebras aquarum, ſed illas ex vaſe non effundit, promptam paratamque ſe ad vindictam oſtendit, modo ducem haberet. Senator, qui ſe tempore ſeditionis caput plebis conſtituerat, jam domi de Principatu cogitabat.

Iulius Proculus accurrit, narrat ſe Romulum cœlum conſcendentem vidiſſe, ſibique in mandatis dediſſe, uti ſignificaret populo Romano, Romulum Deum Quirinum velle vocari. Populus credit, & facile acquieſcit: cumque mortem Romuli deberet vindicare, ſacrificia illi vovet.

Extenuantur, dum ea ampliat natura: natura minuit admirationes & majorem reverentiam perſuadet. Detrahit dignitati, dum illam exiguarum virium limite cir-

cumſcribit, aſpernatur divinitatem, dum eam nullius rei capacem eſſe putat.

Facillimum plebi eſt, Principem Deum conſtituere. quem enim majorem multis aliis videt, eum extra humanam naturam credit eſſe conſtitutum. Majorem in Principe ſpeciem, quam in cæteris individuis deprehendit. Ad quod oculis ſuis penetrare nequit, id infinitum illi videtur: quod viribus excellit, extra ſortem rerum humanarum collocatur.

Hæ ſunt illæ præclaræ actiones Romuli, quas in bello & in pace edidit: illi non defuit animus avo ſuo regnum reſtituere, non defuit conſilium, quo ſibi ipſi conquireret Principatum; non defuit prudentia, qua vires ſuas tempore pacis augebat; prudentia, inquam, quam tot victoriis, tantis viribus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

ſcilicet ipſius prudentiæ muneribus ac monumentis ita firmavit, ut etiam poſteri ea frui poſſent.

Romulus præclaris ſuis factis multam gloriam fuit aſſecutus: in medio curſu victoriarum, antequam ullum infortunium fuiſſet expertus, fortunatus deceſſit.

Ad magna provehere fortuna non poteſt, niſi virtus accedat. Et inanis omnis virtus eſt abſque fortuna. Dixerim, ſolum felices aliis longe infeliciores eſſe: Exitus felices ab infelicibus conſiliis volunt expectare. Et quia bonarum ſuarum actionum rationem reddere non tenentur, quævis audent; inconſulta ratione, quaſi benignitas præteritæ fortunæ vas magis eſſet & indicium futuræ felicitatis, quam nuncius inſecutarum miſeriarum.

Ita fieri amat in hoc mundo, ut

ſidus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

ſidus, quod mane ſupra vertices capitum noſtrorum videmus, ejuſdem diei veſpera infra pedum noſtrorum calces deprimatur.

Virtus ubi ſola eſt non cognoſcitur. Conſilia ſolus eventus probat, & ſi de illo conſtat, eum vel ſpernimus tanquam inutilem, vel dolemus veluti infelicem. Si omnibus rebus divinitus contingeret eventus adverſus rationi & ſapientiæ humanæ, profecto crederent homines, hunc mundum caſu gubernari: & ſi omnia ſuccederent ex nutu prudentium hominum, dixerim, homines prudentiam inſtar Numinis veneraturos. Iam credere coguntur lumine naturæ tantum illuſtrati, eſſe aliquid extra nos, in quo omnia continentur.

Qui virtutem cum fortuna conjunctam habent, quævis facta pro-

priæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

priæ prudentiæ adſcribunt, nullo loco fortunæ relicto, cui tamen potiora debebantur. Et cur ob inſtabilitatem timor mortales invaderet, quæ non niſi à fortuna poteſt proficiſci?

Romulus inclaruit duce virtute, comite fortuna. Solet quidem virtus à pulchritudine commendari; ſed nihilominus inconſtantiæ accuſatur.

Virtutis actiones plerumque ſunt infœcundæ; bonis fortunæ perfidia propria eſt. Proinde fœlix fortunatuſque Romulus dici meretur, cui virtus contigit fœcunda, contigit ſtabilis fortuna.

Romulus ſi cum aliquo priſci ſeculi viro, profecto cum Moſe inprimis videtur comparandus: Vterque illorum in aquis exponebatur: Moyſes, ut truces Pharaonis manus evaderet; Romulus, ut

Amu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Amulii, uterque tamen feliciſſime ſervatus. Moyſes inter paſtores juventutem ſuam tranſegit: Romulus à paſtoribus educabatur. Moyſis preces Pharaoni interitum accelerabant: Romulus Amulium occidebat. Vterq; Dux Populorum, uterque autor Magiſtratus & Legum conditor fuit. Et quemadmodum in vita, ſic in morte ſibi ſimiles erant: Moyſen auferebat Deus, ex oculis Iſraëlitarum, eumque in montem aliquem abductum vita privavit, eum ſepeliit, ut nulli conſtiterit de mortis genere vel ſepultura: Romulus è conſpectu populi item fuit ablatus, in ſolitudinem aliquam abductus, ubi à ſenatoribus interfectus & terræ mandatus fuit, omnibus mortis ejus ignaris; ſimiles quidem hi caſus erant, ſed diverſæ horum cauſæ, diverſi

diverſi fines, quippe à diverſis agentibus inſtituti. Deus cum videret gentem Iſraëliticam ad idololatriam valde propenſam, ne Moyſen divino honore proſequeretur, voluit Deus ſepulchrum ejus ignorari. Dei noſtri adverſarius, quo foveret idololatriam in animis Romanorum, effecit ut de morte Romuli non conſtaret, & propter hoc ceu Deus coleretur. Vtriuſque cadaver fuit ignoratum, Moyſis, ut divini honores negarentur, Romuli ut deferrentur.

Vitia quæ dicuntur moralia Romuli fuere, raptus virginum Sabinarum, parricidia fratris & Titi Tatii. Civilis hic tantum error fuit, quod nimiam poteſtatem Senatui conceſſerit, & ea illum denuo privarit.

Qui in Repub. verſatur, lubri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

cæ ſemitæ inſiſtit. Princeps mille bonis actionibus clarus, una prava præcipitari poteſt.

Non memini, ullum unquam Principem inde damnum cepiſſe, quod ſenatui magnam conceſſerit autoritatem; memini contra, eos, qui autoritate Senatum exuerunt, periiſſe. Si homines errant, de hominibus, non dignitatibus pœna eſt ſumenda; ſi enim dignitates metuere velimus, quare eas creavimus? Non metus ad talia facinora compellit, ſed vis dominationis; alias dignitatem æque tolleremus, poſtquam autoritas fuerit ablata.

In novis Principatibus Magiſtratus conſtituuntur, ut ſubditi non ſolum ſervire non recuſent, verum etiam ut Principum mandatis revera ſatiſque pareatur; quod omne bonis initiis non arti

domi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

dominandi eſt adſcribendum. Magnam foſſam tranſmiſſurus, contentus eſſe ſolet, ſi oram foſſæ ex altera parte attigerit, ibi tamen pedem non ſiſtit.

Intellectus humanus, quia in hoc mundo non habet adæquatum ſibi finem, omnia, quæ appetenda ſibi videntur, tanquam ſuum finem ſectatur; & ubi vix finem illum fuit aſſecutus, pro medio ipſi fit ad alium finem conſequendum, qui ſub primo latebat, & tamdiu finis nomine venit, donec obtineatur. Parvi principatus magni videntur, poſtquam jam primum cœperunt eſſe, ſed principatus parvus magnus eſſe non poteſt, quia totus non eſt vel conſummatus.

Romulum in principio nobiliſſimus quiſque accepta autoritate incitatus ſequebatur, poſtea quiſ-

quiſque ablata autoritate odio illum habebat. Senatum à ſe conſtitutum non potuit tolerare: quia Senatores, à quibus Princeps factus fuerat, ſibi eum æqualem ac ſocium volebant. Ille quos miniſtros ſibi ſumpſerat, pro mancipiis habebat. Vtrique exceſſerunt modum, illi parendo, hic imperando.

Senatus, in auxilium Principis adſcitus, exitium Principi minatur; Senatum quem moderari Romulus debebat, deſtruere conabatur. Ille magiſtratus in regno diuturnus eſſe poteſt, qui ſola executione contentus eſt, nec imperium affectat, nec Dominus vult videri, ſed miniſter. Solum hoc infortunium Romulum vexavit, nimirum debuiſſe mori, quamvis & hoc felix. Exemptus enim fuit rebus humanis nondum ſenex, & qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

quidem morte ſubitanea & improviſa. Si mors nihil aliud mali habeat, quam acerbas & moleſtas cogitationes & dolores corporis, qui nunquam non mortem antecedunt: improviſa maxime præſtat, quippe moleſtiæ ac ſollicitudini nullum locum relinquit.

Nihil melius in hoc univerſo eſt illo, quod in individuis peſſimum. Fundamentum, cui coloſſus hujus mundi impoſitus eſt, quique oſtentat ſuam pulchritudinem, mors eſt; illud maxima pars eſt hujus harmoniæ, à quo ſuſtinentur omnes concentus hujus univerſi.

Quid mali extaret poſt perditam primævam juſtitiam, niſi moreremur? timor mortis compeſcit homines fortunatos: ſpes, à ſceleribus abſtrahit infelices: qui mortem tolleret, tolleret fundamentum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

mentum hujus univerſi, tolleret harmoniam, omnem ordinem, & relinqueret ſolam rerum confuſionem, merum chaos. Forma hujus univerſi plane eſt contraria formis individuorum. Hi cœli, qui propria natura ab occidente verſus orientem volvuntur, communi natura, quæ primo motu indigitatur, feruntur quotidie ab ortu verſus occaſum. Mors mala eſſe nequit, quia mori naturale eſt; omnia autem naturalia non poſſunt non eſſe bona. Meo judicio mors ſenum ſomnus, non mors eſt. Et quamvis mori ſit peſſimum rerum, tamen mortuum eſſe optimum reputandum eſt.

Ita vivendum eſt, ut ſemper de vita, nunquam de morte cogitemus. Et hoc ſola anima capit, quam tamen de morte ſollicitam eſſe non decet, quia neſcit mori.

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Si deſinit anima mortem agitare, nequit corpus eam reformidare, quia ignorat. Corpus enim cogitatione mortis cadaver eſt, priuſquam moriatur. Cur anima metuat magis, quam expetat mortem corporis, à quo defatigatur: & quidni corpus cuperet ab imperfectione ſua liberari? Tum fragilitatem corpus deponit & conſequitur immortalitatem. Vile denaſcitur & abjectum, glorioſum autem reſurgit. Mors ſemper bona eſt, mala quidem ſubinde videtur, quia malus eſt, qui moritur. Vivat homo innocens, cui de morte cogitanti non tam dolor atque anxietas, quam ſingularis animi hilaritas obrepit. Et niſi eſſet fragilitas ipſius deficientis naturæ, dolerem, quod ad bene agendum compelleretur vel metu mortis vel ſpe præmii. Malis actio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

actionibus juſtus metus conſtitui deberet, bonis vero dignum præmium ſuæ pulchritudinis. Si homo apud ſe expenderet, quod accipiantur præmia, certe expenderet etiam jam accepta, poſtquam ex nihilo factus fuit ad immortalitatem. Nec bene agere decet teſtandæ ſolum gratitudinis ergo, ſed potius propter amorem, qui amori infinito Dei noſtri debetur. Agite, dicamus:

Non diligo te ſolum mi Deus, quod me creaveris; quippe tui cauſa in nihilum redigi non recuſarem: non diligo te, Deus mi, hoc nomine, quod promiſeris mihi conſpectum tuæ divinitatis; quippe tui cauſa ad inferos deſcenderem. Non te diligo propter metum malorum; nam ſi ita velles, non poſſem te expetere ceu ſummum meum bonum. Diligo te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

potius, diligo te quod totus amabilis es, ipſe amor. Ohe! Domine, ſi te ita non diligam, quemadmodum alios diligere te doceo, debilitati meæ fer opem, move intellectum meum, dirige voluntatem. Interim ad divini tui nominis gloriam, cui vitam hanc meam ſemper impendere ſum paratus, huic libro hic eſto

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

DE ROMVLO PRIMO Romanorum Rege.

EX L. FLORO.

PRimus ille & urbis & imperii conditor Romulus fuit, à Marte genitus, & Rhea Silvia. Hoc de ſe Veſtæ ſacerdos gravida confeſſa eſt, nec mox fama dubitavit, cum Amulii imperio abjectus in profluentem cum Remo fratre, non potuit extingui. Siquidem & Tiberinus amnem repreſſit, & relictis catulis lupa vagitum ſecuta, ubera admovit infantibus, matremque ſe geſſit. Sic repertos apud arborem Fauſtulus Regis paſtor tulit in caſam, atque educavit. Alba tunc erat Latio caput, Iuli opus: nam Lavinium patris Aeneæ contempſerat. Ab his Amulius jam bis ſeptima ſobole regnabat, fratre pulſo Numitore, cujus ex filia Romulus. Igitur prima juventæ face patruum Amulium

lium ab arce deturbat, avum reponit: ipſe fluminis amator & montium, apud quos erat educatus, mœnia novæ urbis agitabat. Gemini erant, uter auſpicaretur, & regeret, adhibere placuit Deos. Remus montem Aventinum, hic Palatinum occupavit. Prior ipſe VI. vultures, hic poſtea, ſed XII. vidit. Sic victor augurio, urbem excitat, plenus ſpei bellatricem fore: ita illi aſſuetæ ſanguini & prædæ aves pollicebantur. Ad tutelam novæ urbis ſufficere vallum videbatur: cujus dum irridet anguſtias Remus, idque increpat ſaltu, dubium an juſſu fratris, occiſus eſt. Prima certe victima fuit, munitionemque urbis novæ ſanguine ſuo conſecravit. Imaginem urbis magis quam urbem fecerat. Incolæ deerant. Erat in proximo lucus: hunc Aſylum facit: & ſtatim mira vis hominum: Latini, Tuſcique paſtores, quidam & tranſmarini Phryges, qui ſub Aenea; Arcades, qui ſub Euandro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

duce influxerant. Ita ex variis quaſi elementis congregavit corpus unum, populumque Romanum ipſe fecit. Res erat unius ætatis, populus virorum. Itaque matrimonia à finitimis petita, quia non impetrabantur, manu capta ſunt. Simulatis quippe ludis equeſtribus, virgines quæ ad ſpectaculum venerant, præda fuere: & hæc ſtatim cauſſa bellorum. Pulſi fugatique Vejentes. Cæninenſium captum ac dirutum eſt oppidum. Spolia inſuper opima de Rege, Feretrio Iovi manibus ſuis Rex reportavit. Sabinis proditæ portæ per virginem, nec dolo; ſed puella pretium rei quam gerebant in ſiniſtris, petierat; dubium clypeos, an armillas. Illi ut & fidem ſolverent, & ulciſcerentur, clypeis obruere. Ita admiſſis ad mœnia hoſtibus, atrox in ipſo aditu pugna, adeo ut Romulus Iovem oraret, ut fœdam ſuorum fugam ſiſteret: Hic templum eſt, &, Stator Iupiter. Tandem ſævientibus intervenere raptæ laceris comis. Sic pax

facta cum Tatio , fœduſque percuſſum, ſecutaque res mira dictu, ut relictis ſedibus ſuis novam in urbem hoſtes demigrarent, & cum generis ſuis avitas opes pro dote ſociarent. Auctis brevi viribus, hunc Rex ſapientiſsimus ſtatum Reip. impoſuit, ut juventus diviſa per tribus, in equis, & in armis ad ſubita bella excubaret: conſilium Reipubl. penes ſenes eſſet, qui ex auctoritate Patres, ab ætate Senatus vocabantur. His ita ordinatis, repente cum concionem haberet ante urbem apud Capræ paludem, è conſpectu ablatus eſt. Diſcerptum aliqui à ſenatu putant ob aſperius ingenium: ſed oborta tempeſtas, ſoliſque defectio, conſecrationis ſpeciem præbuere: cui mox Iulius Proculus fidem fecit, viſum à ſe Romulum affirmans auguſtiore forma quam fuiſſet: mandare præterea ut ſe pro numine acciperent: Quirinum in cœlo vocari placitum Diis: ita gentium imperio Roma potiretur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

FAMILIA
ROMVLI
E
Syntagmate Heroico.

ROmulus I. Rex Romanorum, natus matre Rhea Sylvia, patre, ut credi ipſe voluit, Marte, exponitur juſſu Amulii cum fratre infans, & lactatus à lupa repertuſque à Fauſtulo, altorem hunc retinet, & alimenta à Numitore avo clam accipit. Puer litteras Gabiis diſcit, & ſpem indolis de ſe eximiæ & præbet, & ubi ætas accrevit, ſumma gloria præſtat. Etenim ſerviles deſpicatus operas, venationes exercet, latronum hoſtem infeſtum agit, & vim patientes defendit fortiter. Quare multorum ſibi ſtudia propenſa conciliavit: cumque inter Amulii & Numitoris paſtores contentione orta, pro Amulii paſtoribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

ſtoribus propugnaret, hoſtes inde paſtores Numitoris adipiſcitur, & Remum ab his captum, etiam ad ſupplicium deditum cognoſcit. Qua ex re dum graviter angitur, de ſtirpe ſua edocetur ea occaſione à Fauſtulo, & ad vindictam inflammatur. Hanc cum paſtoribus ſuis mox aggreſſus, & in urbe à Remo adjutus, vi in arcem irrumpit, & Amulio obtruncato, Numitori regnum, matri libertatem, & regios honores reſtituit. Nec deinde vitam privatam vel dignatur, vel vivere à ſuis permittitur: & avo auctore coloniæ deducendæ conſilium init, ejuſque rei etiam ſocium fratrem aſſumit. Cum quo de loco capiendo poſt altercatus ex augurio, illo in eadem contentione peremto, rem ſolus exequitur, annos tum natus octodecim, & regnum annos XXXVII. *poßidet. Huic ornando dum totus incumbit, & urbem multitudine replere ſatagit, aſylum aperit: legit patres, atque ex his rurſus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Senatores, ſeu patres conſcriptos (facimus enim cum Halicarnaſſeo, qui & numerum horum centum addidit) nominat, plebemque patriciis clientelis devincit: conſcribit militem è ſuorum fortiſsimis: & vicinis connubia denegantibus, Virgines eorum, ad ludorum ſpectacula Romam profectas, rapi vi permittit. De ea injuria indignantibus omnibus, ſubito ab Acrone, rege Cæninenſium, bello petitur; quem cum ita ſtraviſſet, ut ſpolia opima retulerit, civitatem eam migrare Romam cogit. Eadem mox fortuna contra Fidenates, Cruſtuminos & Antemnates pugnat, & dirutis urbibus Romam eos transfert. Succeſsit tandem tertium cum Sabinis & T. Tatio bellum, quo tardius, eo periculoſius. Quod cum raptarum interventu compoſitum eſſet, hanc quoque gentem civem, Tatium collegam admittit, & ſenatorum numerum duplicat. Ac tametſi ab eo tempore Tatio ſe fidum

præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

præſtaret, tamen ob cædem ejus inultam relictam, effugere invidiam nequivit. Nec multo poſt iterum Fidenates & Vejentes hoſtes experitur; quos cum ita profligaſſet, ut ipſas Fidenas ceperit, Vejentes agrorum parte mulctavit. Poſtremis regni annis propter inſolentiam in odium Senatus venit. Nam præterquam quod Celerum ſe ſatellitio munivit, hiſque lictores adjecit, & veſtem ſumtuoſiorem, id eſt tunicam purpuream, & togam prætextam cum rubris calceis, ut Zonaras, uſurpavit, & ordinem illum contemtius habuit. Idcirco cum ſubito extinctus eſſet, manibus ſenatus diſcerptus fuiſſe, creditus eſt. Deſcripſere Romuli hiſtoriam Plutarchus, Halicarnaſſeus, Livius: adjungantur Fabius Pictor, Strabo, Polynæus, Euſebius, Suidas, Cedrenus, Conſtantinus Manaſſ. Zonaras, Meſſala, Ovidius, Valerius, Paterculus, Plinius de viris Illuſt. Florus, Solinus, Auctor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

fragmenti de origine gentis Rom. Sex. Rufus, Auguſtinus, Oroſius, Iornandes, Hiſtor. Miſcell. Fragment. Sex. Pompeii. Leges ejus Corpori juris inſertæ ſunt, quas inter, quas de matrimoniis, liberis, clientelis tulit, repetiere Halicarnaſſeus & Plutarchus. A Plinio & Gellio traditum eſt, vino admodum modice uti ſolitum, & Egnatium quendam, qui uxorem, quod vinum bibiſſet, interfecerat, cædis abſolviſſe. Cum figuram urbis Romæ delinearet, junxit marem taurum & juvencam. Et taurus quidem foras campum verſus ſpectabat: juvenca vero ſub unum cum eo jugum ſubacta, reſpiciebat urbem: ea pictura ceu notis quibuſdam innuens, viros extraneis formidabiles eſſe debere; feminas autem domi fecundas, maritis ſuis fidas, obſervatrices ædium, earumque rerum cuſtodes, quæ in ædibus exiſtunt, ut Conſtant. Manaſſes. Spolia opima poſt Romulum inter tot duces tantum duo retulere,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Generoſo & illuſtri

IOHANNI KRVVSS IESPERI F.

Cum Virgilii Malvezzi Principem Latine daret.

SAnguine non victo juvenis prognatus, & aula,
Cujus fulmen adhuc axis uterq; pavet,
Qui famæ victricem animam tranſcripſit & aſtris,
Cui nil Sol fugiens, par nihil ortus habet,
Romanis quam par aquilis Germania quondam,
Quam cum magnanimo Cæſare pallet Iber;
Nunc populo patriæque ſuæ tranſcribit & aulæ,
Itala quod tellus, ſed ſibi, ſcripſit opus.
Hoc Borea nunc jure tuum eſt. cui fortior ante,
Et nunc quo cedat doctior orbis habet.

DANIEL HEINSIVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

AD ROMVLVM ITALICVM
M. V. M.
Romanâ civitate donatum à
generoſo & illuſtri
IOHANNE KRVVSS, IESPERI F.

NE mihi, ne Princeps bonus unquam læſerit aures;
Romule, debueras cultiùs ore loqui.
Invexit quicunque malos hoc tempore mores,
Inflixit linguæ vulnera multa tuæ.
Inter ſemirutos perierunt verba Latinos;
Nec vetus in Româ Roma relicta fuit.
Si pudor eſt, illo non poſſis Romule cultu
Inter Romanas nomen habere togas.
Sic venias Latiis non agnoſcendus amicis;
Herſiliæque tuæ ſic peregrinus eris.
Hæc mutata tuum fallat præſentia Dentrem;
Ignoret domini villicus ora ſui.
Denique nullus eris: nî Mars ſit Thracius auctor;
Et rurſus Venerem comprimat ille ſuam.
A Boreâ pendes: Tarpeium juro Tonantem,
Et Capitolinis numina culta jugis.
Hinc ſperanda novæ ſunt incunabula Romæ,
Qualia vel Bruti, vel Ciceronis erant.
Suecus Parrhaſiâ juvenis ſpectatus in aulâ,
Haud poterit Regem diſſimulare ſuum.
Mox dabit Othryſium poſt iſta pericula Martem;
Nunc tibi dat Venerem, ſancte Quirine, tuam.

Scripſit
PETRVS SCRIVERIVS
Ipſis Kalendis auſpicibus anni CIↃ IↃ C XXXVI.

EIVS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Camillus alter Romulus dictus ſit, ut in Senatu deliberatum de eodem nomine Auguſto Cæſ. decernendo, Eutropius in fine lib. I. *Suetonius, & alii docent.* Nam *Zonaras, ipſum Auguſtum ambiviſſe, ait. ſed & Viriatus Luſitanus à* Floro *lib.* II. *cap.* XVII. *Hiſpaniæ* Romulus *vocatur. Quam locutionem multis ſæculis poſt imitatum Alfonſum* Regem, *apud Panormitanum legimus.* Denique *ut* Romuli *nomen* Imperio R. *fatale fuerit, Glycas, & Manaſſes demonſtrant.* De *lupa* Romuli *amplius conſulendus* Iornandes *de regnorum ſucceſſione.* Et *prodidit de* Severo *Zonaras, cum ſomniaſſet ſe uti* Romulum *lupam ſugere, id ei imperium portendiſſe.* Niger *lapis, locus in* Comitio *funeſtus,* Romuli *morti deſtinatus, memoratur* Fragmento Sex. *Pompeii.*

Remus, *ſit uſurpatæ in fratrem injuriæ conſors, & conſervatus ipſe quoq; divinitus, communem altorem* Fauſtulum

lum accipit, & in litterarum ſtudiis Gabiis informatur. Inde revocatus, cum dignitate corporis & audacia eximia eſſet, exercitationibus ſe iis dedit, quæ homine liberali dignæ eſſent: indeque apud æquales in admiratione habitus, tandem cum fratre Amulii contra Numitorianos propugnandos ſuſcipit. Ideo ab his in odium vocatus, & fratre abſente captus, Albam perducitur, & Amulii ſententia Numitori ad ſupplicium deditur. In quo periculo cum nullam animi abjecti ſignificationem daret, Numitorem & ad commiſerationem, & ad generis inveſtigationem commovet. Eaque occaſione qui erat cognitus, mox cum eo de defectione conſilium init: fratrem cum copiis ex agro advenientem nova manu adjuvat, & cæſo Amulio Numitorem Regem ſalutat. Cui ne adimere iterum, quod ambo dederant, videretur, de colonia deducenda cum fratre deliberat, & multitudinem tam Albanorum

quam

Cornelius Coſſus, propter occiſum ab ſe Tolumnium Hetruſcum, & M. Marcellus, ob devictum Viridomarum, regem Inſubrium Gallorum. Qua de re eleganter Propertius lib. IV. *A collegæ T. Tatii patria, Curibus, ut Romani Quirites dicerentur, in pacificatione cum hoc inita, ultro conceßit: & poſt alterum hunc honorem adjecit, ut tertius equitum ordo Tatienſis cognominaretur. Nam humanitate & clementia fuiſſe eximia perhibetur: quippe qui & de fratris cæde ita indoluerit, ut manus ſibi inferre cogitarit, niſi ab eo inſtituto unius altricis Laurentiæ preces eum deduxiſſent. An autem ipſe etiam cognomentum inde Quirini uſurpaverit, incertum eſt: habetque de hoc capite multa Plutarchus in vitis. Et magis mihi probatur conjectura, Quiritum inde nomen Romanis manſiſſe, quod cum Romæ civium primorum Sabini, T. Tatii ſocii, pars præcipua eſſent, hi id ſtudio-*

 ſius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

ſius conſervarint, ut jam inde utrumque in uſum traheretur. Certe nomina Sabinorum tum Romanos ſuis præpoſuiſſe nominibus, & illos viciſſim Romanorum, indeque conſuetudinem retinuiſſe, ut nemo Romanus eſſet abſque prænomine, teſtatur Hiſtor. Miſcell. lib. I. Annum tantum menſium decem conſtituit: nam Ianuarium & Februarium primus Numa addidit. Quæ præter alios eleganter Ovidius perſequitur lib. I. Faſtorum. Raptum Sabinarum vehementer reprehendit Auguſtinus de Civitate Dei, lib. II. cap. XVII. & lib. III. cap. XIII. parricidium in fratrem eodem lib. III. cap. VI. Apotheoſin Romuli, & fictam illam divinitatem, primus Iulius Proculus divulgavit. Vnde cognomentum Altelli ei adhæſerit, explicat Sex Pompeius, Altellus. Idem de nomine ejus & Remi: Romulus & Remus, inquit, à virtute, id eſt, à robore appellati ſunt. Plura Fragmentum lib. XVI. Vt

Camil-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

EIVSDEM EXTEMPORALE PRORSVS,

In aureolum hunc libellum.

De Sueco audieras interprete; protinus horres,
* Chalcea ceu dederit: Chryſea lector habes.

* *Χάλκεα χρυσείων. Hom. Iliad. ζ.*

ALIVD

EPIGRAMMA.

Quod decus Imperii, quæ gloria Principis eſſet,
Cœperat obſcuro Romulus ore loqui.
Romulus & poterat princeps malus ipſe videri;
Ni perdocta manus Sueca tuliſſet opem.
Expulit, ecce, malos virtus Cruſeïa mores;
Romule, converſus, cogeris eſſe bonus.

Ludebat A. A. B.

Splen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Splendidiſſimo Iuveni

IOHANNI KRVVSS, IESPERI FILIO.

TVlere fata principem nuper tuum,
Generoſe Kruſi. Fata Guſtavum tuum
Tulere nuper, regis exemplar boni,
Septentrionis ſydus, & Martis torum,
Metum univerſi, deſtinam Germaniæ
Iam jam ruentis. Tantus ah! princeps fuit,
Nec ille tantus heic iterum videbitur.
Succurris orbi, & explicas vires tuas,
Vires venuſtas, ingeni vires tui,
Stylo Quirini dum reponis principem
Perfectum ab omni parte, Guſtavo parem.
Multum profecto Sueciam obſtringis tibi:
Qualem illa Regem viderat, talem legit.

MARCVS ZVERIVS BOXHORNIVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

quam paſtorum infelici conatu cum eo æqualiter partitur. Nam cum inde cum diffidentia mutua æmulatio orta eſſet, acceßit mox de loco, quem Remuriam ipſe, Romulus Palantium eligeret, contentio. Quam cum augurium non ſuſtuliſſet, ſed auxiſſet, indeque ad manus ventum eſſet, in turba ictus cadit. Halicarnaſſeus, Strabo, Plutarchus, Polynæus, Conſtantinus Manaſſ. Zonaras, Livius, Meſſala, Ovidius, Oroſius, Florus, Iornandes. De cæde ejus tradidit Euſebius, & repetiit Hiſtor. Miſcell. lib. I. *à Fabio, duce Romuli, interemtum. Alii hoc Celeri tribuunt. Horatius Epod. Od.* VII. *de eadem ſic canit:*

Acerba fata Romanos agunt,
Sceluſque fraternæ necis,
Vt immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

Et memorabilis Cedreni expoſitio eſt.

Locus

Locus Remuria enucleatur Fragmento Sex. Pompeii. Variat etiam de nominis notione auctor Fragmenti de origine gentis Romanæ. Derivat enim à tarditate, quod talis naturæ homines ab antiquis Remores dicti ſint.

T. Tatius, oriundus Curibus Sabinorum, creatur à gente ſua contra Romanos, quod ad Virginum raptarum injuriam vindicandam ſuſceptum eſſet, ductor. Id munus cum non minus prudenter quam animoſe gereret, proditione arcem Capitolinam capit, prœlia cum Romanis intra mœnia init, hoſtem in fugam actum multa cæde vexat, & ne urbem ipſam in poteſtatem redigeret, unius Romuli virtute impeditur. Ab hoc enim prœlio reſtituto, raptarum interventu, agi de pace permittit. Qua cum Sabinis urbs, ipſi regni ſocietas communicata eſſet, hoc deinde cum Romulo tantum quinquennium adminiſtrat. Nam cum Lavinienſes Legati à famili-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

liaribus ipſius ſpoliati, & perempti eſſent, idque ſcelus vlciſci neglexiſſet, iram civitatis illius in ſe convertit, nec multo poſt cum Romulo iſtud ad ſacrificium profectus, inter ipſa ſacra jugulatur. Strabo, Plutarchus, Euſebius, Zonaras, Livius, Meſſala, Ovidius, Plinius de viris Illuſtr. Florus, Auguſtinus, Priſcianus Grammat. è Solino. Ab Halicarnaſſeo Sabinorum, ab auctore epitomes in Strabonem τῶν Κυριτῶν rex aſtruitur; quod inde veriſimile non fit, quod Romæ conſedit. Haud dubie enim in gente ſua ſibi & ſuis regnum conſervare maluiſſe, quam alibi quærere. De morte diſſentit Hiſtor. Miſcell. lib. 1. Regni à Romulo communicati pactio repræſentatur ſimili Theodorici & Odoacri, illius Oſtgotthorum, hujus Rugorum regum de Ravenna pacificatione apud Procopium, lib. 1. de bello Gotth.

Tatia collocatur à patre Numæ Pompilio: cum quo cum conjunctiſſime viveret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

ret, patris regiam fortunam ita faſtidit, ut privatam cum marito vitam Curibus vivere perſeveraret. Moritur anno poſt nuptias decimo tertio. Plutarchus in Numa Zonaras.

Fuit cum Romulo Herſiliæ, è qua liberi ei procreati, prima filia, & Aollius. Illa à nativitatis prærogativa nomen accepit, hic à congregatione civium, voce græca, poſt Abillius dictus. Auctor eſt Zenodotus Trœzenius apud Plutarchum. Qui & poſteritatis Romuli meminit, de eaque neſcio quam narrationem attexit. Alii tamen, & inter hos Spartianus, nihil reliquiſſe Romulum liberorum volunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

LEGES
A ROMVLO LATÆ.

Collegit I. LIPSIVS.

I. Deos patrios colunto: externas ſuperſtitiones aut fabulas ne admiſcento.

II. Ne quid inauſpicato publice gerunto.

III. Nocturna ſacrificia, pervigiliaque amoventor.

IV. Rex ſacrorum præſes, legum cuſtos eſto: judicia exerceto: belli imperium habeto.

V. Patres ſacerdotia & magiſtratus capiunto: plebeiis patroni ſunto.

VI. Populi ſuffragia ſunto: magiſtratus creanto: leges ſciſcunto: pacem bellumque jubento.

VII. Mœnia ſancta exiſtimantor.

VIII. Vxor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

VIII. Vxor farreatione viro junцta in ſacra & bona ejus venito: jus divortendi ne eſto.
IX. Si ſtuprum commiſit aliudve quid peccaſſit, maritus judex & vindex eſto: deque eo cum cognatis cognoſcito.
X. Temetum mulier ne bibito.
XI. Quod natum erit, parentes tollunto: monſtroſos tamen partus ſe fraude exponi fas eſto.
XII. In liberos ſuprema patrum auctoritas eſto: venumdare, occidere liceto.

Verba ipſa legum:

XIII. SEI PATER FILIOM TER VENVM DVIT, FILIVS A PATRE LIBER ESTO.
XIV. SEI PVER PARENTEIS VERBERIT, AST OLOE PLORASSINT, PVER DIVEIS PARENTVM SACER ESTO.

SEI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

SEI NVRVS, SACRA DIVEIS PARENTVM ESTO.

XV. PATRONVS SEI CLIENTI FRAVDEM FAXIT, SACER ESTO.

XVI. DVVMVIRI PERDVELLIONEM IVDICENT: SEI A DVVMVIRIS PROVOCARIT, PROVOCATIONE CERTATO. SEI VINCENT, CAPVT OBNVBITO, ARBORI INFELICI SVSPENDITO: VERBERATO VEL INTRA POMOERIVM, VEL EXTRA POMOERIVM.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

24023

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]